

**Comedia philodogeos  
leonis baptiste.**

Universidad de Salamanca. BGH I.193.2



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

GREDO SALALES

Bachalarius qui rosus Alfonso ticio artiū  
titulos affecuto & Salmaticēsis academię  
grammatico atq; p̄ceptoru suo. S.

q Vum diebus superioribus p̄ceptor suauissi-  
me: nōnullis ex auditoribus meis quibus publi-  
ca lectione Vergilium enarro. quibusq; priua-  
tim & Iuuenalis satyras & Lucani pharsaliam interpre-  
tor: philodoxeos fabulam: quam Baptista albertus sin-  
gularis ingenii uir: summa cum elegancia ac uenustate  
composuit: ostendissem: q̄ primum a me efflagitare coe-  
perunt: ne tam pulcherrimum opus & hic omnibus in-  
cognitum apud nos amplius latere permitterem: quo-  
rum ego et si honestissimis studiis tam diu abnuendū eē  
existimaui: quo ad tibi ip̄i qui id mihi mandaueras more  
gerere fuit necesse: tuo itaq; ductu & auspicio comoedi-  
am ipsam imprimi curauimus: quod tamen illi & digni-  
tatem allaturum puto & auctoritatem. In qua re si gra-  
tum tibi laborem nostrum fuisse sensero: forsitan tecum  
maioribus agam: id autem una potissimū re iudicabo:  
si dabis operam: ut apud scholasticos ip̄os q̄ gratiosum  
me tua cōmendatione factum esse cognoscam. Vale lō-  
gissimis p̄ceptor annis: & hunc tibi mācipatum disci-  
pulum amare non desinas. Iterum uale.

Incipit Philodoxeos. Leo. Bap.

p Hilodoxus atheniensis adolescens doxiam roma-  
nā ciuem amat perdit. At qui habet fide optima  
& singulari amicitia coniunctum phronisim: qui  
cum sua consilia conferat. Dat operam phronis amici cau-  
sa: ut Ditonum libertum conuicinum amate: beniuolen-  
tia sibi aduinciat. Homo fidem prestat rebus defuturum se  
nunq̄. At interim fortunius ciuis insolens adolescens. dyna-  
stis suafu hanc ip̄am doxiā cupere occipiēs lepidissima phro-  
nisis astutia depulsus ē: quo ad amans non nihil sese uerbis  
cōmendatū fecit mulieribus. Deniq; irrisus fortunius adole-  
scēs per uim edes ingreditur. simiam sororem doxie rapit.  
Tandem Mnimia ancilla cum uirum suum phronisim com-  
perisset atq; Thichia fortunii mater precibus exorarunt ut  
cronos excubiarū magister: oia componeret. Ex quo hic ra-  
ptā tenuit is uero amatā duxit. Explicit argumētū.

Incipit fabula philodoxeos.

Phronisim.

T MERITO SVPERIS GRATI

as habeo: q̄ me hoc etatis libere atq; ut  
nolo finunt degere. Quāto. n. sum hoc se-  
cilio q̄ me huc dimisit. Nullis ego ut ipse  
omnibus afflictor curis: quas forte ut as-  
solet animo nunc denumerat suo. Enim

sic debueram hoc fecissem: recte instituerā: ergo id forte di-  
xerit: sane istuc ip̄m erit at nolim. at malo. quin ueto. Dii be-  
ne uertant. Merito ergo diis gratias quoniam uiuo ut uolo  
quod quidē primū libertatis ē munus. At q̄ p̄fecto grauius  
eius causa animo afflictor. Video namq; ut perdit amet. ut  
timeat. ut expectet. Eni & q̄s hic ē cruciatus: q̄ qdē animū &  
trudat & scindat & agitet hoīs. Curauim hercle hoc tñ su-  
roris ab egroto animo extirpare: at nihil minus. Malū qui-  
dem hoc iam radices dedit nimias. Sed proh deū quid hoc

a. ij.



monstri est: hominem quod alium amet sibi ipsi admodum esse inimicum. Ne uero maiora proculdubio tormenta sunt que amas ipse sibi afferat quam que ab inimicis deueniant? Amatis animus nunquam tristi & cura & solitudine uacius est. Recte igitur mecum disceptare soleo, qui maior furor sit: an is quo Mars agitat an is quo uenus inficit. Vehemens in utramque partem mihi & anceps ratio est. Sed illud constat hunc nostrum indies magis fieri ex amore furibundum. Et quam accurate quam premeditato hoc me iussit negotii conficere, hec dixit. Nosti quod te diligo, & nosti angiportum ubi operam omnem, diem omnem, meque omnem contrito consumoque miserum. Istuc ito, ac si quid uideris siue quem traseuntem: speculator. Ibi directo ad leuam quasi edibus amate coadiunctum hostium est semifraetum ad esum imbri ubi statua plutonis constituta est. Edes ille multo mihi comodo esse poterunt: dum in illius familiaritatem qui inhabitat nos inserpias. Est ut hominem conuenias teque amico & uite mee amicum ac ueluti uitam prestes. Hinc haud comoneo quocumque nec dum impero: tu te sapias & frugies: hominem ut agnoscas huc aduerte. Est fuscus barba & capillos prolixus, claudicans, celsus. Itaque ille hec dixit, tum ipse abiit huc accessit iterum atque iterum, bis que sui puolitans omnes unarias tabernas: at nusquam hominem, hic ergo fessus operiar dum fortassis redeat. Sed quis est qui huc inter eundem interloquitur? ipse, n. uero ipse est.

Ditonus phronis.

i Am ut mihi persuasi fore ita: euenit nam quo studeo illis obsequi fenerariis: eo iterum studeo seruitutem consequi. Durum sane genus hominum qui quidem ubi suum male sibi fraudet genium: sibi que uictum discarpunt pexume, quid censes alios facturos dum queant fore? Neque enim illis sat est nostro opere cuncta que sint ad rem domesticam & sumptum subpeditari quin uelint me iterum in seruitutem redigere. Cecus sum fateor, claudus fa

teor: at non ita quam uiderim & abfugerim oportune. Sed quis hic sedet homo? forte ne ex illis quispiam me: ut intercipiat miserum. Quis tu? & qui hic? audin? quo te admoues? Hoc tibi edico fieri libero iniuriam que fiat mihi homini omnium memori & uindicti. Audin sum ipse ditonus fui thychie famulus: nunc eius ob gratiam & quia bene de se meritus sum: quia cuncta facio eius ex uoluntate & sententia manu idcirco me in libertate demissum. Audistum? Iam liber sum & te liberior libero: dum hanc habeo & libertatis patronam & iniuriarum refugium: ne me proterue tetigeris: hoc edico ut tuo tibi caueas dorso: ac ne quod tue confidas temeritati. Phronis. Proh deum quam mihi prouinciam delegauit. Non enim magis cupio quam timeam rem ex sententia posse succedere. Ditonus. Et hercle preter uiri boni officium agitis dum ita infesti estis in me qui studeam cunctis & presertim uobis me in beuiuolentiam subdere. Nunquid nam hoc e uobis meo beneficio comeritus sum. Ac si elaborarim saxa ut liquefacerem & lateres ut lotos redderem? duri estis, obsequio apud uos beniuolentia: dissoluitur non iungit. Phroni. Volo ego te. Dito. Me, at me ne contingas: ne me comprehendas erit hoc mihi pro ui & iniuria. Phro. At uolo inquam. Dito. At nolo inquam hem quod manu inueis opplares opere afferte, accurrite succurrite: sine inquam ne me detetes. Phroni. Quin bono animo es. Dito. Quin & uos desinitis iteratis in iuriis me & timidum & suspectum reddere? Phroni. Ausculta paucis uolo ego te scire me uirum & tibi affectum esse. Ditonus. Quam obrere quod in te admisi ut ita detractes ut male hoc mihi studeas misero. Phroni. Dico me erga te optimo affectum esse animo non secus quam quod te unice diligunt. Dito. Neminem habeo in quem tuto fidedum arbitrer, noui ego recte & etate & usu mores hominum: captari amicitias ut ex amicitia quasi ex fundo fructus uel excipiant uel expectent, uerbis que emi opas & opas uel di primum is haud quod conuenit te illi amicum esse in quem dolos fingas. Phro. Ah bone uir ego dum tua pro gratia liceat uolo tibi esse honori &

a iij



cōmodo q̄ plurimo. Neq̄ enī decet palā timere oīa que ip̄e  
dubites. tū parū cōducit semp̄ in metu eē rerū earū que casu  
non raro euenire soleāt. Nā sepe incidit ut que heri sepius ac  
facile feceras: eadem hodie p̄ quā raro possis. Spondeo tibi  
hac dextra fidē diis testibus ac tua uirtute. quā q̄dē uelim fo-  
re: amicitie n̄re firmū p̄petuūq̄ uinculum. Dito. Quis tu no-  
stin me? Phroni. Dito nus es amicorū: amicis amicissimus.  
Ergo p̄be operā obsecro beniuole te paucis ut alloquar. Di-  
tonus. Loquere. Phro. Audiui semp̄ amicos & uiros opti-  
mos q̄ moribus & ingenio polleāt: simplici & apta amicitia  
adeūdos eē. Itaq̄ apto alloq̄r eo q̄a te fidū & p̄bū semp̄ au-  
diuerim: adolescēs hāc tuā cōuicinā amat doxiam. Ea ut opi-  
nor haud egre id fert. Neq̄ enī in uenustā neq̄ inter raro sese  
offert. Ceteris in rebus ut cōiectura ualeo uti: amatiū officio  
Is q̄ plus nimio hāc amet quodue plus satis honori inserui-  
at suo: cuper & lares tuos sibi ad modū eē familiares: ut inde  
absq̄ plebe & fama oculos usq̄ adeo depasceret suos. hoc  
solū: & hāc ob rē ego illū & sua & me me tibi dedo & dedi-  
co: ut tuo p̄ iure tibi morigeri simus. hāc facile ob rē amplā  
& prōptā in amicitia ius tibi p̄scripseris firmū atq̄ p̄petuū: un-  
utilitatis & p̄sidii nō minimū assequis. habemus nāq̄ superū  
grā n̄rōq̄ ex labore & industria cū beniuolos tū familiares  
atq̄ amicos nōnullos quos re p̄sp̄era & aduersa nobis opti-  
mos & uti deceat frugi expti sumus. q̄ q̄dē p̄ nobis & p̄ qui  
nos amēt: neq̄ rebus neq̄ si deceat uite parcāt sue. Non erit  
ut in posterū eos illos fenerarios tibi inimicos tāti facias. Et  
caue hac i re hesites tuā erga nos facilitatē experiri. Fatis iter-  
dū res optime dan̄t: interdū attrudun̄t mortalibus: interdū  
tātū demōstran̄t. Que mōstran̄t nescio quo pacto ea nimio  
ope nimis accurate petimus: que uero trudun̄t oī q̄si opa ab-  
negamus. Tū erit crede hoc tuū beneficiū uiro nō indigno  
tibiq̄ post hac amicissimo p̄gratū. Volo oīa apto alloq̄. Is  
haud ē ciuis romanus: sed attheniēsis sūma ex familia cui pa-

rētes argos & minerva. Accessit huc ut rerū plurimarū uisū  
fieret doctior: neq̄ id tū adeo ut se indignū hisce parētibus i-  
res dederet. Sed nescio quo fato cū hāc despexit: illico amar-  
occepit. Dito. Est ne is que uidi istac sub angi portu sepius i-  
opto capite cādido pallio: an uidi in tecū? Phro. Ipsus. Dito.  
Et bone idolis me hercle. Phro. Et maecte uirtutis. Dito. Dii  
bñ illis faxint ut cupio & tibi ut uobis uelis: qm̄ digni estis eo-  
rū grā & meo obsequio. Phro. Ha bone uir cedo: manum  
hoc edepol neq̄ iniuria de te psuadebamus: ergo iube ad te  
ut ueniat: tu ut uirū agnoscas: ip̄e tibi q̄ grās agat ut habet p̄  
tāto merito. Dito. Velim maiora sic illi dicitō: ditonū: edes  
has & qd̄ possim p̄ suis ut habeat. Sed ē ne hora ut edamus  
mecū eris in cena. Phro. Semp̄ sum tecū animo eroq̄ alias  
corpore ut iuberis. Iam bene uale.

Dynastes seruus Fortunius adolescens.

s  
Ic se habet res: ut uideris nō poterit secus qm̄ meā in-  
sentētiā facile incidas. Fortu. Est ne forma. Dyna.  
Forma quidē & moribus ut nihil addi: nihil optari  
amplius possit. ut ul' formosiorē aut sane simillimā hāc uene-  
ri diiudicē. Decorū caput: uenusta facies: aspectus hilaris: tū i-  
cessus modestus. deniq̄ habitudo motus uerba gestus eius  
modi sūt quos i matrona & ciue romana laudes. Fortu. Ni-  
mis cupio hāc ip̄am uidere. Dina. Faxin ad idq̄ operā iā nūc  
paro. Fort. Quid ita. Dyna. Quia has p̄pinq̄s ut uides sup-  
bas edes ea i habitat. Fort. Et q̄ potero un̄ alloq̄. Dina. Hoc  
scias ueli: maturate atq̄ attēperate oīa ut fiant opus ē. Prebe  
te ut uideat uirū: nec ipudiciū: nec imundū: nec lasciuū primo  
tū ut noscat & gestus & mores tuos: teq̄ primo cū lubēs tū  
expectato ut uideat: demum loquere enarra. Postrema hec  
munera ab his q̄ amāt ut diiudicantur ita sunt maxima: que  
etsi per minima esse forte quis censeat haud deceat tū ea ab  
ignoto expetere. Curabimus igitur primo illam ut uideas.  
Fortu. Tum hoc tu ex me non ignores uelim. nāq̄ stat qdē

a iiii



sententia. Non is ipse sum qui unquam adduci possim ut assiduo  
has porticus exarans operam & impensam otiose perdam.  
Dynastes. Demum tu qualem te philosophum prebes. For  
tunius. Profecto quiduis in me quam imperium semine que am p  
peti. Dynastes. Non nosti adolescens ergo quid sit amor tollit  
amor factus omnes & animo atque humilem reddit. Fortunius.  
Vtrum ne hoc parum noui in grauiissimo merore uersari eos  
qui hanc sibi amoris miseriam animo obfirmant quod facere  
plerosque uideo ut liberi seruitutem non inuiti seruiant. Equidem  
preter uiri officium est non omnes odisse mulierculas porro  
quibus tam diu sumus in gratiam amantes quam diu nostra id coe  
munt dona ut que baccho & ioco ad superfluum usque completa  
est ea tandem in nos oculos dimoueat suos atque id quidem p  
parce genus animantium peximum. Dynastes. Hoc quod  
dixi totum minus nihilo est habemus namque unde tuto con  
spicias & uerba datatim commutes dum lubeat. Fortunius. He  
forte id aliquid esset. Dynastes. Habeo uirum qui olim conser  
uus fuit nunc mihi est amicus optimus, a quo facile queque &  
si grandia sint impetrem is uiden istanc statuam hostianam  
edes illas possidet hominem conueniam dicam uelle ex eius  
ortho. at aliquid dicam. Fortunius. Et ego una tecum. Dyna  
stes. Minime. Volo enim te magnificat oretque ut in gratiam  
se accipias tuam. Fortunius. Lepidum caput ergo. Dynastes.  
Ergo deambulato ego ingrediar iam cum fores patent. Fortu  
nium. Optume. Dynastes. Heus heus Et quis hic est Et quid  
fores patent at domesticus ipse sum mihi semper patent. In  
gredior. Saluete lares. Phylodoxus adolescens. Phronisus.  
Ecce mihi comeatio pro triumpho est. totum iter hoc  
h meum pro gaudio est. Nequeo ipsum me continere.  
Quicquid uideo iubeo saluere ac si uelim omnia hoc  
meo gaudio impartirier. Saluete etsi mihi satis iniusti forte sitis  
saluete lares optimi quibus per sepe liceat diuam & uidere et  
audire hanc. Saluete uos superi. tuque alme diuum pater grati

as uobis habeo. Et mihi frater hoc tanto numquam exultas gaudio  
Tibi etiam ingentes gratias & utinam condignas exoptataque pro  
tuo hoc tanto facinore referam. Dixi certum hoc est inde eam  
audire ut possim. Phronisus. Dixi audias uideas ut loco & te  
pore licuerit. Philodoxus. Proh deum fortuna: maxime te semper  
fecero si semper. Phronisus. Tace obsecro. Phylodoxus. Sic  
oportet animo more ut subgeram meo si nam pro gaudio se  
se ut diffundat decursetque paululum. Phronisus. Tace tace inquam.  
Videre uisus sum insolentem egredi ac regredi frequentarium  
nescio quem ex amici edibus. Philodoxus. Hec ecce homi  
nem. Phronisus. Huc accede post angulum aut columnam  
ne nos uideant auscultabimus quod consiliorum congerant. Phylo  
doxus. Hei mihi quam male illico nostris rebus timeo. Phroni  
sis. Tace. Phylodoxus. Hec & fortunium ab hinc dixi dixi. Phro  
nisus. Tace. Ditonus. Dynastes. Fortunius adolescens.  
u Bipsus est. Dynastes. Iam nunc adierit. Sic decet amicos  
mutuo inter se conuenire ut liberali animo & consulat &  
alternas opas referat ueluti nos ipsi iter nos facimus  
Tibi nullum potuit rectius dari consilium. Sed ecce hominem. Sal  
ue oportune aduenis. Fortunius. Saluete. Dynastes. Si scires  
quantum is cupiat se inter tibi familiares ut accipias illi meri  
to amicus fores. Fortunius. Bene uos dixi ament. Dynastes. Nar  
raui parentes mores uirtutes probitatem ceteraque tua ut po  
tui omnia. Fortunius. Dixi te ament. Ditonus. Enarraui om  
nia. Sed si lubet dic queso qui uere fuere parentes tibi. Fortu  
nium. Trafo & apthadia. Phylodoxus. Perij ipse est. hic for  
tunius tichie filius est adoptiuus cui olim ditonus fuit seruus  
inde iam ex ea domo mihi hoc preripietur comodi perij. Di  
tonus. Te dudum aspiciens tandem agnouit at saluete iam ne re  
colis cum te paruulum gestabat e domo patris tui ad nostram.  
Fortunius. Centies. Ditonus. Quam eras fraudiculus semper in  
barbam & capillos duriter coniciebas manum. Dynastes. Sep te uni  
ce dilexit ut lepide applaudebat. Fortunius. Ha. ha. he. Ditonus.



Huc aduertite animo. Nunq̄ ego antea & studio hanc con-  
spexeram cōuicinam. nam me domi nisi interraro cōperio &  
sāt negotiorū habeo quibus me exerceam ita diu in proximū  
omnia uertant illis fenerariis qui tāta astutia fatigant me mise-  
rā in seruitutē redigere. Verum nuper cū domū reddissem co-  
messatū accessit quidā exorans hanc eādē obrem sibi edes  
ut paterent mee. Spondi operā. Abiit amicū accersitū cuius  
causā hoc impetrauit gratie. Dynastes. Quis ille. Ditonus.  
Atheniensis cui parētes argos & minerua. Dynastes. Vidi  
hominem. Ditonus. Post hec accessi ad turrim & paruū per  
foramē uidi eam in superiori triclinio fidibus concinnentem  
uersus de laudibus herculis serio et diuū. Ea edepol uisa mihi  
est forma formosior uenere. Sed ad rem redeo. uos amotū  
nollem si rediret. Dynastes. Recte habeo caute id loqueris.  
Fortunius. Ne uero timemus illos qui nihil habent preter ui-  
tam quam abs cruce precario possidēt. Phronisis. Diu te ma-  
lo diuitent. functus officio es. tum profecto uerba blatis ut  
dignus es: cui nihil proprium est nisi lingua istec fetida pexu-  
ma que indeterius indies conualefeit. Phylodoxus. Tace in  
aurem cōsilia conferunt. Fortunius. Minime eos metuo. Di-  
tonus. Nostin. Dynastes. Pulcre. Fortunius. Quid dixti. Dy-  
nastes. Dixit illos se uelle uerbis obpletos & spe usq̄ adeo de-  
libutos abiicere absē. Phylodoxus. Perii nullus amplius spe-  
randi locus nobis relictus est. Tritū quidē prouerbiū integra  
cū fide tuta spes cohabitāt. Postea uero q̄ fides disrupta ē spes  
intereat necesse est. Phronisis. Et tritū hoc est quia quod tritū  
nimis ē haud saporē habet. Tace bono facis animo quodq̄  
iter suū habet exitū. Phylodo. Hei mihi. Phronisis. Tace dū  
habeo argutā astutiā ha ha he o. diu qd paro?. Phylod. Quid  
agis q̄ ineptis cur te deturpas tā immunde luto diu testes insa-  
nis. Phroni. Hen quid nā at lacernam. Phylod. Eia insane qd  
aduoluis cruri. Phron. Ut taceas atq̄ uideas qd si intelliges li-  
cere aduola. Phylodoxus. Quois.

Phronisis. Ditonus. Fortunius. Dynastes.  
Ei mihi. Dynastes. Quis hic plorat. Fortuni. Quid  
h tibi uis ebrie. Phron. Sic opem expectabā ut dares.  
Fortuni. Enim ut ebrius est non se sustinet. Phroni.  
Ocelū o diu opem oro o me miserum. Diton. Surge ne lacri-  
ma. Dynast. Quid habes. Phroni. Habeo animam inter dē-  
tes & labia. Diton. Porro loquere quid hoc est. Phroni. Sci-  
es. querebam philodoxum dū itaq̄ appropinquo hei doleo  
totus preictu. Ditonus. Quis percussit. Phroni. Dicam nāq̄  
in foro legati ex affrica bene re gesta cum pompa nunc cum  
transirent seduxi me ut eam ipsam pompam spectarem quā  
tu quidem triumphum esse dicerēs. Nam illic tibicines cur-  
rus equi leones pantere res deniq̄ mire atq̄ innumerabiles  
que uidere longe opere pretium est. Interea penus caballum  
effrenum acriter uirga & calcibus concussit. nescio ré ut du-  
xerit hoc ipse aperto noui crus mihi semifractum esse. Dyna-  
stes. At qui legati. Phronisis. Peximi. Ditonus. Ex affrica.  
Fortunius. Et sunt pantere. Phronisis. Utinam sic illis adsit p-  
petuum cordolium. Fortunius. Pantere pro diu quam cupe-  
rem uidisse. Phronisis. Nolim istac lege site amo. Verum si  
presto ieris etiam uideas. Mihi uero tam care cordi est ea ui-  
disse q̄ constitit ibi adfuisse. Dynast. Quo me trahis quo p-  
peras. Fortu. Eodū panteras equos tibicines pāteras eodū.  
Dynast. Maiori etiā in re animo satis obsequar tuo. I pre se-  
quar. Fortu. Quod nobis iter tenēdū ē? Phron. Recta te hac  
recta uersus forū nāq̄ aerē uocibus & tumultu opplēt ut pro-  
cul audias. Fotu. Sequere pāteras. Diton. Herde grauer se-  
ro tuū hūc casum. Phroni. Hui quā dure ptractas. perii mihi  
profecto numq̄ hoc totū latus erit liberum. Ditonus. Caue  
istucita censeas: bono sis animo. Namq̄ hic intōstrina ē cli-  
marcus & boū & quadrupedū omniū atq̄ hominū quoq̄  
suo p officio medicus singularis. Phroni. Tibi amicus. Dito-  
Maxim⁹. Phro. Quid stas tibi dicō. Phylod. Méuocas. Phro



ni. Pol quidem. Ditonus. Cui dicis. Phronisis. Aggredere. Ditonus. Dixtin mihi. Phroni. Enim cur non pergis ad me dicum intro hei miser. Ditonus. Quid intro nimirum homini huic obdolorem mēs delirat. Phronisis. Hen introduce medicū. Ditonus. Quis introiuit domū. Phronisis. Te precor hominē accersito. Ditonus. Quis introiuit hasce edes nāq̄ sensi dum attingit hostiū. Phronisis. Bone uir adsis precor at quin abis. Ditonus. Eni uero quis istuc introiuit heus si fustē sumpsero heus heus te uideo. Phronisis. Deniq̄ nemo homo istic est at non te miseret mei uides q̄ afficiar dolore abi precor. Ditonus. Eo sane uerum credideram. Phronisis. Audi prebe fustē. Ditonus. Quā obrē quin potius reside. Phronisis. Diis gratias nō enim ero omnino miser. ergo duc me dū calet uulnus nolo hic interim solus frigescere.

Phylodoxus adolescēs. doxa. phymia.  
On sine ingenio atq̄ audacia fit magnum facinus.  
n mirabar quid ineptiarum ageret phronisis cum de formarat lutu & gestu seipm. Dii perpetuum mihi hoc seruent cōmodi dii secudent paria. Pro dii q̄ ex sententia res euenit. Introiui domū ausculto tēto aggredior contēplor reuertor. Interea uisus audire sum uocē uti erat doxie. adsum obsecro operā dū alloquar. Ea negat illic solitario i loco atq̄ abscondito id licere. Qd̄ si qd̄ uelim iubet suas ad fores: ut ueniā ibi se ad futurā. Sed qd̄ dicā miser. unde exordiū dicēdi capiā: ac qd̄ sic si dixerim. Amo ardeo morior tu id uides tu cur hoc uelis nescio. Vbi pietas ubi misericordia? ubi animus ip̄e insignis huic tue pulchritudini condignus: uel dixerim. Si mihi unq̄. At at eccum eam hei mihi q̄ totus discrutior animi pre gaudio pre cura pre metu. Doxa. Adsis mi soror dum alloquor adsis precor. Nolo hunc qui sit in me honeste affectus mea causa periclitari. Cupio illi hac parua in re morigera esse. Nam amanti curam leuare maximā ubi nullum fame suscipias incōmodū nusq̄ ut puto ignomi-

niam afferet. Ergo huc adsis soror. Sed eccum hominem. profecto ut uideo uel magis amat q̄ hactenus persuaferim. philodoxe dii te ament. Philo. Et dii faxint ut me ames: ita uti condignum est qui te plus uelit q̄ se omni optimo p̄fui. dii faxint me ut ames si id liberali officio honestoq̄ animo opto atq̄ obpeto. Doxa. Dii bene seruent me honori meo ut cupio & studui semper. cedo quid ē quod me uelis. loquere. Philo. Nosti quod te iam diu amarim: sed forte nō ut se habet res ita apud te notum est q̄ sollicito & q̄ firmo animo ip̄e erga te affectus fuerim. nāq̄ ut recte id uidere potuisti nimis honori tuo semper in seruibam. Et ni fallor eam obrē forte pre sepius hoc tantum gratie abste cōmeritus sum uerba mihi misero amanti dono ut dederes quibus uitam hanc meam que iam omnis inter suspiria & lachrymas diffusa est reficeres: & fugitiuum cor quod cura adustū sit uite restituere: que quidem omnia iam olim tuam in dictionem cōcesserunt. Hec enim sicum non licuerit tum nō libuerit facere nō ē quod percunter: uerū ut gratias agam tanto pro hoc beneficio tātoq̄ tuo pro merito. Absteq̄ ut exorem dū pro mea honestissima affectiōe in te mihi aliqd̄ unq̄ debeat ut huius tui misereat uite. Et postq̄ meo fato sic institutum est tuus ut sim: malis me uiuum cum forte quantulo uobis emolumento esse possim quam interemptum tua: ut ita dixerim crudelitate. quod quidem neq̄ laudi neq̄ in partem ullam cōmodorum uobis accedet. Doxa. Quod me ames & uidi & cognosco idq̄ accipio aīo neq̄ ingrato neq̄ dū hoc iudico p̄ nūc male q̄q̄ cordi tuo e nobis nra culpa aduenisse. Phylod. Hoc fateor: atq̄ inde q̄ plurimū laudis & meriti merito cōmerite estis. Et nolim hec dixisse si ea tibi egre sunt. Sed si p̄ tua pietate ac mirifica ut nobile animum decet facilitate hoc abste licet ut exorē p̄cor uidēdi te ut sepius cōmodū sit & potestas. Phymia. Nescio ego quo pacto hoc uobis inatū sit amantibus: ut nunq̄ sat sit quod nimis sit. Phylodox. Neq̄



obpeto id nimis: neq; tum etiam id satis uestro sine cōmodo uelim. Neq; dum rē factu difficilē & si mihi amplam & gratissimā e uobis petii: neq; amplius quicq; dari opto nisi ut me am hanc uoluptatē & consuetionē: neq; duro: neq; graui feratis animo: sinite deambulē sinite ut uideā hoc mihi ad uoluptatē hoc mihi ad uitā ē hoc mihi ē animi uolui uobis dicier. Phymia. Dixi pulchre sed gratā nobis rē ageres istinc si abduxeris te. Philodo. Quā obrē. Phymia. Quia honori nostro cōduceret. Phylodox. Siquidē istuc iubseris: nā & tu id recte nosti quia semp satis honori dedi uestro: idq; ex animo atq; studio. Phymia. Ergo ab inā uideo quempiā inde ad nos. Phylodox. Vale & tu uale meq; memorie commē datum habe.

Phylodoxus.

**e** Quidē non in experte hoc ipm dici solet cū primū qui mutuo se inter se amēt ad loquēdū coeunt quia cōmutuent animas illico dediscāt loqui. Siquidem id re nūc maxime exptus sū. nā cū primū uolui qcq; uerborū exprimere tum prius si qd aderat aie p̄siluit inter eius sinum adeo ut & mei & uerborū pene oblit<sup>9</sup> fueri miser. Debuerā uerba optima: uerba p̄cātia: uerba collaudatoria: non q̄ rixā aut odiū: sed que p̄sus beniuolētiā & amorē excitarēt atq; nutrirēt. Sic debueram. Ut solet aliis amor uoluptas ēē mihi nō q̄ amo: nā nimis ardeo: sed q̄ te amo uoluptas & felicitas ē. nā uenusta es bella es: & moribus atq; oī uirtute insignita: tū ceteris qdē i rebus egregie singularis. Sed q̄a me tāta i egritudine ob amorē: cōstitutū uideo ut mee iter dū misere misereat uite uolui hoc a uobis grē exorasse. nā & nox & dies suū i me puerse officiū pagūt. Sēp egdē meos inter oculos semp aio semp insita i meū hoc pectus ades. Multa mea causa uellē lōge i plurā nolo tue ne male afficiam honestati non sum meus: tuus sum doxia tuus sum: tuum ergo ut recipias tuum ut serues etiā atq; etiā p̄cor. Sed quin desino am

plius ineptus esse quid si isti qui huc accedūt me audissent & prope sunt & forte audiuerē ac uidere omnia nimis incautus demū effectus sum postea q̄ ocepī amare cūta cū expauesco nihil metuo cumq; me omnia suspiciosum reddant sit tū ut nulla ex parte me non negligentem atq; supinum prestem. itaq; solus amor curiosam hāc desidiā fouet. Ceterū quid nunc mihi rerum agendum sit incertum est tamen abnegandum otium est. Ergo postpositis rebus omnibus nostrum fabricatorem fraudū cōueniam phronisim ut narrem hec quotius re consilio & opere que in usum ueniant conficiat. Sed quid hi serui mussant cupio hinc furtim auscultare.

Ditonus libertus. Dynastes seruus.

**e** Go sic censeo pro hac prouincia te dignum legatum nam tibi q̄ ueteranus interpretis amantium sis plane omnes mulierum mores notissimi sunt ut si quid inculsarint recusarint ue illico cōfutes omnia. Dynastes. Ego secus censeo hāc tibi prouinciam iure delegatam cum & facundia longe plus ualeas & quia conuicinus multo id tuus potes. Ditonus. Censen. Dynastes. Censeo. Ditonus. Stat sententia. Dynastes. Stat. Ditonus. Bene disfaueant & quid exordiar. Dynastes. Porro fabulas & muliebria aut de anserē aut de gallo quere aut p̄curbitis semen exquire aut deniq; si qd tale. Ditonus. Scin qd meditabar priusq; uerba p̄ferre quicq; obsonariet nā digniora & multo pinguiora sese offerēt uerba & si nescis plus centies hāc hodiernā interrupti cenā non possum mei compos esse ipse dum ieiunus persto. Dynastes. In amicorū causa multa solent qui amant perpeti atq; permittere que suam in rem non faciunt. Ditonus. Vacua loqueris mihi admodo ipse notus sum hoc est quod te uolo non ignorare nihil in oratore magis detestandum est q̄ ieiune atq; in composito hoc est uentre loqui ipsi quidē calices plenā atq; procliuē orationem effundūt. Dynastes. Bene pulchre p̄be. Verū quod nūc tēporis q̄si superest optimi cō



uenit non uacuum nostro condigno opere prelatari tur-  
pis desidia ē exoptatam occasionem per indiligētiam desere-  
re. age dū ego post te adero qd' si quid delires quasi q ad cla-  
uū sedeam corrigā. Dytonus. Itaq; ingredior domū sequere  
at paululū uini. Dynastes. Ut lubet. Dytonus. Itu presequor.

Phylodoxus. Phronisis.

**S** Erutus nulla libera: ē ac nulla libertas misera. Quid  
ni hinc est quod aiunt fidē esse deā atq; supremi ete-  
ris incolam quia in genere seruorū quod quidem inter mor-  
tales infimum est nullam unq; comperies fidem. At qui ipse  
ne uero sum omnino plumbeus bardus qui hoc preuiderim  
coniectatim ac prescierim hosce res omnes meas quasi ad ru-  
inam seducere in proclium neq; quicq; opposuisse subtena-  
culi. Enim oportuit sic dicier hos istos esse infames seruos p-  
suadere ne quid audiant neue quid credant neue quid respon-  
si dedant. infamiam esse infames non abhorre. hec tū oport-  
uit dicier namq; norant nimis ut ipse amarem preme id fere-  
bam hei mihi nunq; deniq; hoc potuit mihi in tempore inci-  
dere in mentem ut eas oportune comonefactas redderem.  
Sed quid hoc malum est in amore nostrum semper cū esset  
ex usu sapere torpet ingenium: cum nihil prodest homo ne-  
mo amante cautior est. Tum hoc in amore tormentum an-  
est non maximum q; quale amando sit nostrum admissum  
uitium sentimus nunq; nisi cum reliquum aliud nihil est preter  
q; ut dolere atq; nos ipsos acerrimis exprobrationibus confi-  
cere multo possimus. Itaq; ignarus amator cōtinuo peccat  
gnarus perpetuo dolet. Phronisis. Reuiso quid agat noster  
phylodoxus: sed eccum ante edes o eo bone uir delegatis q;  
bene seres habēt. Phylodoxus. Hen huc ades. intermedie.  
Phronisis. Quin uel optime. Phylodoxus. Quia superue-  
nerunt & legati & debacati malam in rem que illis fiet. Phro-  
nisis. Qui. Phylodoxus. Enim dū alloquebar. hic ante edes  
ditonus & alter seruus accedentes nostros sermones interru-

pere. ille abire ego me seduxi auscultauitum sic homines dis-  
crepabant quin tu quia conuicinus muliebria oportet pro ex-  
ordio. Ego sic facio coniecturam eluonem illum fortunium.  
quem si uiuo. Phronisis. Atqui auscultauit paucis. Erā ipse apud  
climarchum medicū tum interim se reducem offer trasismi-  
natur q; ludos se fecerim ditonum mox aduocat. tractant cō-  
silia statuunt sic uerbis meis dicito ut dixi & hoc quoq; tum  
dicito. hec illi nihil uero amplius ex dictis eorum potui excer-  
pere illico suspectare incipio oculis & animo atq; eosdē huc  
proficiscentes ueluti ab insidijs longe prosequor. Phylodo.  
Ergo quid hic censes. Phronisis. Censeo sic censeo quia cen-  
sent nos censere q; male censeant.

Fortunius. Phylodoxus. Phronisis.

**P** Rosecto in hominum uita nihil in primis optimū  
ab dijs uideo dari mortalibus q; ut nobis sic succe-  
dant bona: ut si quid uelis id a te ipso exquiras. bene  
me dii omnes amant cum mea me mater amat. sum deus cū  
nihil desit. habeo quidem omnia cum dijs cōmunia preter ui-  
tam habeo uoluptatem & uoluntatem ut lubet. Sum etate  
ad uires apta & uenusta bellitudine inter primos non postre-  
mus. Suppeditant pecunie beniuolentie honores & omnia  
que uirum optare fas est. Ad sunt preterea q; plurimi qui me  
efferant laudibus. quibus & bene possim facere. qui ue sem-  
per student q; multa meam inutilitatem & uoluptatem con-  
gerere atq; accumulare. Siquidem perpetua modo uita sit  
ipse apollo sum. Enim ne uideram ne scieram ne querebam  
quidem in hac cōuicinia quicq; nunc uero totū quod insigne  
est ultro offerunt. Adde q; rogant delatum sane nō minimū  
beneficium dono ut accipiam. Ergo institui morem illis ge-  
rere. Adibo & q; pulchre recipiam doxiā. Cum primū ingre-  
diar domum iubero afferte subselium. Cum accesserit tan-  
dem paululum assurgam. Si uales & me amas dixerō. Tra-  
ctabo. amplectar. morsibus cūctā insignibo. Sic par est om-

b



nes efficere amantes nam male agitata mulier bene diligit. Hec sint munera & amoris pignora que cum dolorem seruent: tum multo in memoria: amantem reducant atq; retineant. Phronis. O ineptissime & si uera profers tamen q̄ in sanis toto capite. Phylo. Ha ha he enim uero. Fortun. Quos hic uideo arridere: hercle an deniq; ita sum uobis ludus? bñ uortā in luctū si cepero. Phroni. Fauete & bona uerba que so. Fortu. Et quid hic me ne obseruas tu quoq; ne istic ades: facite ne uos hic post hac uideā. Phroni. Hui seuerū atq; durū edictū. Fortu. Sic iubeo. Phroni. At parebitur sane si obcluseris oculos. Fortu. Et hoc ad ludos etiā ad miniculū datis q̄ si me irritaris furcifer. Phroni. Enim quale supercilium. Fortu. Quod me si irritaris faciam ut tuum illud crus egremio recipias: ut ad uoles ad tibrim lotū & nectū una. Phron. Equidē hoc iuro nusq; facies ut currā nite sequar & uidebor nō claudus cū uolero idq; nō sine maximo tuo malo. Fortunius. Proh iupiter cur nō me in irā solitā proueo. Et quidē nō eris potis iupiter quin hodie hunc mactem. Sed qui ago ineptus non cōuenit militem cum calone iurgari. Itaq; tum ad istos pergam quis hic ē. ditone heus. at ubi sunt isti confestibibones & nullus ē: uerū ingrediar.

Mnimia. Phronis. Phylodoxus. alithya.

Emiseram uix potis sum loqui pre timore id quidē cum ceteras ob res tum uel maxime huius uirginis causa. nam inter tumultus uirgo nō sine periculo aderat. Et dii imortales an uspiā hoc uidit aut audiuit q̄ spi am me hercle mirum atq; incredibile quēpiā amare quam nunq̄ uiderit: aut in ea re affectum esse q̄ potissimum nesciat. Phylo. Accedo ut percūcter qd turbida es mulier. Mnimia. Ne uero uos ita erga hanc domum inhumanos habuistis. Phronis. Quid nihil minus. Mnimia. Ut audistis tantos tumultus cur nō illico opem attulistis: ut istic adstitistis conspectatores. Philodox. Hen tumultus dic sodes. Mnimia.

Venit thrasis. Phylodo. Metuo. Mnimia. Rupit. Phylodo. Hen. Mnimia. Introiuit. Phylo. Malum. Mnimia. Rapuit. Phylo. O me infelicissimū. Mnimia. Nescio ego quid dicā non sum mei recte compos nec ualeo proloqui. Phylodo. Porro obsecro narra. Mnimia. Narro at finite me paululū animam resumere. Phylod. O diem acerbissimam doxiam ne id monstrum rapuit aut proterue illam aspicere me uiuē te ausus est. Mnimia. Minime doxiam. Phroni. Vel id ipm q̄ quid sit otius explicane in mora simus si quid facto opus sit. Mnimia. Breues quidem narrationes magnum nō belle exponunt malū. Phroni. Bis nos excrucias q̄ tristem & q̄ morosum nuncium afferas. narra obsecro. Mnimia. Narro doxa. doxie soror: phymia alithya q̄ hec uirgo atq; ego flores in horto & apium opera animi gratia spectabamus: dū is cōuicinus senex suo ex hortulo proximo qui cratibus ab hortis doxie conseptus est nos q̄ maxime iubet saluere. Et quid sit inquit nunq̄ ne ab negotiis licebit uacare iuuat nempe interdum animum a labore ad uoluptates honeste transferre: quod quidem facio ip̄e qui cum tempore & loco licet omni studio & opera me omnibus ridiculū prebeo. Et enī istuc duco esse officium prudētis sapere inter philosophos lasciuire inter calices. nāq; omni loco omniq; tempore quis quis uult se grauem continentem ac tristem uideri: meo iudicio ip̄us ē semper ineptus. Me uero q̄ utrūq; tempus moderari calleam nemo in seriis rebus respuit omnes in iocosis admittunt socium. Eam ob rem fortunius thrasis adolescens omnium pulcherrimus: omnium liberalissimus: in sua quam hodie lautissimam apparauit cenam iussit: sum mopere ut adessē. In qua quidem ni fallor habebo me pro censore triclinii: aut tum ero preses popine: aut in irneis imperabo. Sed dii boni quales primo calices hauriam. Deniq; ubi satis fugaro sitim: quales iocosos in mediū exercebo gestus. O thrasim adolescētē dignū ip̄erio cū



tanta liberalitate istac. Cantabo laudes tuas quem omnes amat. Dispeream si tibi ad integram felicitatem aliud quicquam moribus tuis & nobilitati consimilis coniux deest. Felicissima tu quidem eris mulier que huic bellissimo ac formosissimo adolescenti nubas. Vehementer cupio mi doxia hunc ipsum tibi fore coniugem. Quin dabo operam ne te recuset. Nos illico inter nos hominem demirari cepimus. Tum ille enim trase inquit eodum parasti conuiuium nuptiale: tibi sponsa ne desit hanc doxiam accipias hortor coniugem. Nos huiusmodi uerbis perculse illico uale consulto opus est diximus & abfugimus in domum: illi euestigio abuulsis cratibus nos pauidas & trepidas sequuntur confringunt ingrediuntur discursitant nos disgregamur doxia aduolarat supra fastigiumedium. ego procul omnes rumores hauriebam auribus exabdito. Ceterum dictu reliqua ut gesta sunt mi alithya que coram omnia spectasti. Alithya. Quid nam illi raptaphymia abiere. Phylodoxus. O factum pexume. Phronisis. Vos ne tandem cetere ualetis omnes. Mnimia. Pulchre ni hoc de phymia egre fiet. Philodoxus. Proh dii que hominum petulatia quae furor que iniuria. Quam opto huic aliquando in re esse pro meritis ut mereat celestissimo. Mni. Itaque acta hec sunt ut uideatis: nos eamus uirgo ut hac de re certiolem reddamus patrem hinc in edibus hoc est admissum scelus. Philod. Ergo tu phronisis comittabere has. Ego accedam ad forum ut senem si uiderim eum mox domum huc adducam.

Mnimia phronisis.

**e** Nim quod datur fati ferendum est diis nolentibus quid est quod mortalibus liceat. Phron. Nos ne ergo ibimus domum. Mnimia. Istuc agimus sed me miseram quam modo huiusmodi in animum redeunt multa ut quod partim nolle partim uelle id ipsum tamen frustra opte. Phroni. Est hominum hec condictio uelle & nolle. at uelle hoc & nolle in tempore quod ex usu sit prope sapientum est nolle autem que uelle oporteat: at uelle

que minime possis eorum est quod sibi solis credat & cupiat: tum olem scelesti semper suo scelere sequi palam scelus trahit parum ut parturiat pena: non in ultimum hoc deus proterierit. Mnimia. Non diffido sic futurum ut autumas sed amplius meam incuso demetiam una & uiri mei a quo iam fere annis tribus habui discidium athenis quod repetenti a me anulos & aurea quedam signa parata suo labore quas res apud me seruandi causa posuerat negauit. Feci ut solet fere omnes que sumus inepte mulieres presertim si adsit forma: fui enim pertinax dum que sponte ipsa debebat tradere ea uirum precibus & blanditiis a me frustra exposcere gaudebat quo factum est: ut indignatus postridie abierit. Quod nime in eum ita duram habuissem plane degerem uitam neque uulgarem neque in opulentam ac minime aberrare. Verum hec mihi eo in memoriam redire quod uiro quoque meo id ipsum nomen phronisi aderat. Phro. Quid nam tu hac in urbe tibi uite delegisti: postea quod uirum ita repudiasti. Mnimia. Ego uero semper totis uiribus confectata sum uitam atque gentem ut maxime quidem honestissimam. Audiueram huc romanam meum accessisse uirum. Tum ipsa quod agerem relicta sola eo frustra huc ueni ut fastu posito apud uirum quod cum & debeo & cupio essem: que quod ubi nusquam inueni cessi domum huius patris alithye cui nomen cronos. Phroni. Noui sane hominem decrepitum canem grauem atque idem princeps excubiarum si satis meministi. Mnimia. Ipsus est hanc habet filiam quam ample diligit hanc mee fidei commendauit regendam atque obseruandam. Ea deinde matrone quod huius uirginis indole atque ingenio mirifice delectantur: mea opera cum huius uirginis familia amicitiam contraxere. Ex quo per sepius una conferunt: postremo omni de re me participem faciunt: utor utraque familia familiariter commoedunt obsequunturque mihi. Phronisis. Dic sodes quid tibi nominis. Mnimia. Mnimia. Phronisis. Ne tu ergo prius uoluiti mnimia perdere annulos quod uiro reddere. Mnimia. Ne imprudentissimam neque tum negabam me redituram: neque dum perdidisti: sed ita ut sit mulierum more subinsambam. Phro:

b iij



nisis. Demum amisisti annulos & uirum. Mnimia. Si mihi sic esset uir ut sunt annuli pluris tenerem annulos q̄ instituerim. satis illum perquirens expectaui satis sum functa meo officio. forte illos huic uirgini dono dederam cum satis perrexero in moram. Phronisis. Sane istuc fateor esse officium femine certare similitate atq; puicatia aduersus eos qui se amēt & odisse omnes quos nimium faciles atq; obsequētes offenderit. Sed istuc cupio audire abste: habes ne annulos & aurea eadem signa. Mnimia. Habeo teneo seruoq;. Phronisis. At salua omnia. Mnimia. Ut nihil desit. Phronisis. Cedo manum nihil est quod eque cupiam. Mnimia. Ha mi uir desine hosce ego digitos hosce annulos noui & q̄es non similis solito q̄ deniq; difformis. Phronisis. Istuc forte ut aiūt nouos mores nouos afferre uultus at tu que dura olim ac difficilis uideri solita es: quam nunc uidere facilis bene edepol gaudeo. & optume est nos nobis compertos esse. da mihi te ut amplectar. Mnimia. Gaudeo ac fiet quidem sacrificium diis tāto p̄ merito. mi uir ualuisit in satis. Phronis. Satis. Mnimia. Quid tibi cum illo adolescentulo. Phronisis. Optuma & aperta beniuolentia ampla & continua familiaritas firma & simplex amicitia. Mnimia. Et quid istuc hesitabatis. Phronisis. Sane rogas quod cupio te ut scias. is amat doxiam hanc tuam perditte quod si utrisq; consulendum est nihil est quod magis approbem quam inter hosce fieri coniugium. Est enim adolescens. nobilis. doctus. prudens. atq; ut uides forma: & indole egregia. Mnimia. Prorsus amandus omnia noui. Phronisis. Quid non doxia hominem nō nihil diligit. Mnimia. Nul lam inuenies usq; adeo tristem atq; algentem mulie rem que bellum aspernatur amantem. Phroni. Quid si innitare. Mnimia. Possum quidem prodesse. Phronisis. Idcirco precor cū uales coniūctione apud has tū id cures omni qua potes opera & industria ut hoc coniugij fiat. Mnimia. Mi uir salue getur tibi mos ibo & uirginem domi relinq̄a post illico con

ueniam doxiam conabor persuasiōe & precibus rem ex sententia ducere. at qui ut opinor possum tibi bonam expectationem polliceri uale. Phroni. Ego phylodoxū requiram sed prius sub hac angiportu sordes istas & lutum abstergā meq; pulchre comptum reddam.

Phronisis.

**P** Roh dii immortales quātum habet uirium distudo q̄ est efficax ad scindundas omnes bene obfirmatas uetustate amicitias. Equidem si fieri possit ut quispiam secum ipse aliquot temporis neq; colloquium neq; ulla in re cōsuefactionem habeat fore prorsus existimō ut se se is aut breue aut nihil diligit.

Cronos. Phylodoxus.

**a** V diu inq̄ at qui omnia teneo mee de hinc erunt partes facere que iure agenda uideantur ludicem decet iuri satisfacere in primis non homini. Phylodoxus. Verum id actutū. deniq; accurrendum censeo ne nouam aliquam turbam scelerosi inouent. Cronos. Forte hoc tibi persuades q̄ me admodum grauem & morosum ac ueluti aiūt depontā conspicias: ideo me cursu minime ualere erras istuc si putas: nam me hac ipsa etate complures ualere cursu experti sunt. Sed ferme sic semper euenit ut quod mature agimus id nimium cupidis sero euenisse doleat hi uero quibus eadē res molesta futura est nimis properasse incusent uident iam aliud agentes istuc adsumus. Sed fessus sum hic paululum cōfidere certum est. Phylodoxus. Perplacet. Sed ecum phroni in hac eadem sub angiportu suas concinnantem plicas. accedam ut hominem huc adducam.

Phronisis. Phylodoxus.

**u** Ideo phylodoxū ipse ē uideo senē ipse ē ad uolo ut hominē honestū meo partim & suo faciā gaudio. nā nime animus fallit in nimia rem cōficiet ex sententia. Phylod. Nimirū hoc malū integrafcit ad uolo ut p̄cūcter p̄

b iij



intu ne uero proterue aliquid denuo attentarunt in doxia petulantissimi: porro dic quid nā feras mali. Phroni. Bono sis animo letissimū tibi affero nuncium. Phylod. Me hercle preter spē istuc ita me me omnia undiq; extimescentē aduersa hec hodierna fortuna doxie effecit. Phroni. Ceterū quidē tu uero ubi nā offendisti tā extēplo patrē hunc uirginis. Phylodo. Aduēctabat se domū suā me superi nūquid i hominē tardiorē. Phronis. Homo cōfectus etate & aīnorū plenus. Phylodoxus. Quinimo se cursu ualidū p̄dicat dū se nō secus dimouet ac si habeat calculos omnes ad unū usq; pedibus dinumerare. Tū quid nā habes quo me cū ametu depulisti in letitiā statuas. Phronis. Meministi n̄ q̄ sepius tecū explorarim tum fortunā tū ineptias meas q̄ tā leui indignatiōe actus fecerim ab uxore mea diuortiū quā dictitabā si adesset nostin. Phylod. Pulchre. Phronis. Eā ipsam cōperi. Phylodox. Hen at ubi nā locinū ualet. Phroni. Valet habetq; ānulos & signa aurea salua omnia atq; quo magis cōgratulere ea est premōstratrix eius uirginis alithye huius senis filie. Phylod. An eadē ip̄a ē quā modo abiēs reliq; tecū sub ruffam litigiosam: aspero supcilio tumidis ocul. naso gracili. mēto p̄acuto. pusyllā eya phronis pulchrā nactus uxore. Phroni. Mores cōdecēt saltim: forma si abest. Tū deformis cōiūx nō facile dictu ē q̄ sit percomoda. solū uirū non odit cū a nullo diligat deformis mulier eūdēq; uacūū suspitiōe uigilantē facit. Phylod. Ne tu illam nō noras primū aut quid ueritus es me corā ne in cachinū prumperē. Phroni. Missa hec faciamus hoc ē quod te letitia opleat uxor suscepit negotiū de doxia illa spero coniuge potiere: minima interprete. Phylod. Obellissimā ergo minima o coniugē tibi amandissimam. Phroni. Postremo hunc adeamus senem.

Cronos. Phylodoxus. Phronis.

Emo i cuius uis amicorū malis satis diu ac suis miseretur aut dolet. Enim is q̄ modo hac una qua acerfuit me cura adolescēs excruciarī uisus ē tam repente

mutata frōte nescio quid adueniēs letissimū gestiat Mihi prope animus languet q̄ ad gnata pendeā meā. tam et si uirginipuelle nihil eiusmodi suspicer. Phylodo. Saluere cronō iubeamus. Cro. Et tu ne iis affuisti rebus cū fierent. Phylod. Modo audiui omnia una cū istoc ab his que adfuerē minima & alithya quas tuam adduxi domū. Cro. At filia sat in ualet. Phronis. Ea domi in quā est tue salua. Cronos. Gaudeo. Verum quis impurus improbus tātos tumultus ausus cōciuit. Phroni. Sane istuc ignoro tā et si cōstat fortunū thichie filiū ui in edes irruisse ui & iniuria domū affecisse. Cro. Tu ergo illū ad nos citato licitor. tu uero phronis iube dispeisci siunc omnes que adsunt in hisce edibus mulieres huc in publicum namq; hic equum est capitale facinus publice disquirere. Ego interim in hanc tabernam diuortam ut subscribam que ad annonam opus sunt illico egrediar. Phroni. Ab eo.

Thychia.

Vam est omni in uita facilitas in primis & grata iis cum quibus uiuas: & utilis his qui istac eadem uirtute sciunt uti. Difficilem omnes & noti & ignoti odere. facile atq; indulgentē nemo non diligit. Id quidē ip̄m mō perdisci licet ex me: q̄ filium comiter ac benigne obseruo idē queq; agit ulro me facit ut sciam. Bene queq; facit palam probo & adiutrix sum. male ubi conatur aut permittit quicq; illico surgenti incōmodo rationem & modum obiicio: quo futura mala coherceam atq; reprimam. magnū quodq; malū minima habet principia: hec tollas: omnia substuleris. Ita q̄ his moribus instructus filius modo ad me lachrymans accessit. Mater inquit peccaui: hanc rapui ciuem: stulte factum fateor. tu rebus & fame & saluti nostre caueto. indolui ac plura tum uerbis castigassem. sed uisum est hoc tempus oportunius alio q̄ in iurgis cōsumere. iccirco ad doxiam pergere institui nullasq; condiciones recusabo dum inuidiam sedatam reddam postea decorigendo filio providebo. Sed eccum

senem iam nō ero potis quicquid institueram mutandum cōsiliū est.

Cronos. Thychia. Phronisis.

**a** Lia me mouet ratio caliloge id ita ut istic conscribendum putarem: tuum tamen ingenium & astutiam laudo. Verum prebeto huc eosdem codicillos ut relegam: nā summa negligentia est: que scripseris nō recognoscere: priusq̄ obcludas. Thychia. Me miserā quid consilii captem: hominē adeūdū cēseo peruestigādūq̄ quid in nos animi paret quo premature sedē si quid irarum insurgat aduersum. Atq̄ haud habeo quidem causam omnino iniquam aut prorsus inusitatam. Quis nescit omni in etate multa pretermittenda & tolleranda esse? Amare ac ludere iuuenes: questui uiros & rapinis inferuire: senes parcos & seniores esse decet. Verum hac in re si quid est quod doleam id solum illud est q̄ me inconsulta hoc fecerit. Nam etsi cupio animi uiribus & audacia ualere eos quos dilectos habeo: quos ue inter domesticos admitto meos: tamen alia potius uia donis fallacia q̄ raptu suos amores expleisset malem. Sed senem conuenio post hac ex tempore consilium capiam. Saluus sis cronos: quid opere hic est tibi cum tantis singraphis. Cronos. Hen quasi id nescias aut preter uoluntatem tuam hec acciderint. Siccine oportuit in ciuem liberam. Thychia. Si licet paucis. Cronos. Nimis multa tibi licent thychia rapitur: uiuitur: impudēter: ac superbe te annuente. uerum loquere. Thychia. Resciui que hic gesta sint fateor que quidem ubi conscia me fuissent actitata palam ea profiterer. qua enim ex parte eadem se dederent: ut sanctum & equum iudicem uererer non uideo. Nam si phymia libera est: libere sane ac liberum sibi delegit uirū. Phronisis. Reuertor edixi. doxia sese adornat ut egrediatur. Cronos. Pexuma es pol: femina es ergo tam liberam oportuit fieri nuptias: confringere: turbare: asportare uiribus & ui-

Enim ne iubsi hominem accersiri scelestissimum siccine ludificabere. Thychia. Tamen ut iusseris fecero. Cronos. Iubeo. Thychia. Eodum bone uir nostin filium? Phronisis. Vidi hominem. Thychia. Noueris edes meas? Phronisis. Certius si monstraris. Thychia. Ergo adhibe huc animum hac recta usq̄ apud publicanos: tum uorte ad leuam usq̄ ad pistrinum: demum conscende ad plateas: ibi ad dextram e conspectu uidebis umbonem ad postes ad pensum de more ubi hec inscripta sunt aureis lris **NISI IAM FORTE**. ille sunt edes nostre aduocato gnatum: intellextin. Phronisis. Non auscultauit: neq̄ unq̄ comperirem iube ex his tuis quempiam. Thychia. Dii te perdāt: tu uolipeda accurre iube fortunū confestim huc aduolare cessas: uerū heus cū redieris dicitote te hominē nusq̄ cōperisse.

Mnimia. Cronos. Alithya. Thychia.

**p** Erge alithya huc mecum: ut uiri mei iussa exequamur: tu quoq̄ non nihil proderis pol quidem per quam cupio illi modesto adolescētī de amore suo cōmodi aliquid afferre: doxiam conueniemus animum qui nunc ei turbatus est primum sedabimus: quid q̄ hec una causa nostrum iuuabit inceptum de nuptiis: ne quis post hac audeat una iniuria duos nuptam & maritum ledere. In celibē atq̄ uiduam prona est cupidorum audacia. Sed quid senem nostrum hic intueor huc adero. Salue cronos. Cronos. Vbi est nata. Mnimia. Eccam: ad sis alithya. Alithya. Salue pater. Cronos. Acta hec sunt ut ferunt: abrupte fores uir raptum? Alithya. Acta mi pater. Cronos. Proh iupiter scelus detestandum! Thychia. Mea tu senem exoremus cronos audi obsecro. Cronos. Quid te audiam? Thychia. Non que nos obnoxias apud te loqui: sed que te mitem & humanissimum phas est audire. Cronos. Loquere. Thychia. Ni uiderem hec paras que omnia huc



tendere mi cronos: ut his quibus illata uidetur iniuria par fiat non esset quin uererer tuam in filium meum seueritatem. Verum cum ipse cognoscas & ab homine adolefcēte & ab eo qui flagranti amore affectus sit & in eam mulierem hec esse acta que non in uita ab amato omnia hec possit perpeti nōne erit abstua iusticia alienum: ni huius unius peccati partim pietati in nos: partim humanitati tue concedas: sine igitur te ut exorem: face in te coniecturam: finge in filiam sinistra quicquid comprehendes quod peruerse in parentes omnia redundent filiorum mala: quid ais cronos? tu item mnimia obsecro persuade age. Mnimia. Noli fodere latus hoc mihi amplius. Mi cronos redde te dignum solita & mansueta humanitate tua: sine ut exoret. Cronos. Quid est quod uelitis fieri? Thychia. Velim mihi matri hoc ut fiat gratie: quam quidem si feceris equam rem pariter & his omnibus gratam feceris. Mnimia. Mi cronos sponde: obsecro. Cronos. Quid tum? Thychia. Opto simiam filio fore coniugem meo. Cronos. Dum ea id non recuset. Thychia. Ergo dii te ament: dii perpetuo te seruent: ibo domum filium ut in nuptias traham. Cronos. Non uitupero istuc consilium de phymia quādo quidem ea fama raptus iustis nuptiis deleatur. Quid tum ne hic aliud agimus? redibo ad forum ut hos tabellarios: cum singraphis missos faciā: tu mnimia uirginem commendatam habe.

Philodoxus. Phronisis.

**P**hronisis si ob meam singularem in te obseruantiam cōmeritus sum abste unquē: ut aut petere aut expectare possim quippiam: nunc precor id omne: non quod debes tantum: sed quod potes in amicissimi causa: ut semper soles exhibeas. Ego phylodoxium tue dico tue commēdo fidei. Phronisis. Vah quasi. Phylodoxus. Minime sed quia nimis cupio nimis ardeo iccirco & precando sum nimis. Mnimia. Mi uir bono sis animo. Cronos.

Quid colloquimini istuc seducti an improbatis quod de phymia transegimus. Mnimia. Minime uerū hūc nouo meū repertū uirū alloquor. Cronos. Is ille tuus est. Mnimia. Meus ipse. Cronos. Gaudeo & quid ē quod tractas siquid ualeo dicito Mnimia. Optime dicam. hic adolefcēs atheniēsis est noui parentes eius uiros probos & primarios nra in ciuitate. is uellet mea & tua opera hanc doxā sibi nouā nuptā fieri. ea si ualeo cōiectura nec omnino id recusat credo si istuc ceptes nra per suasione pfici ut utrisque per expectatiōe ac desiderio satis fiant. Cronos. At dos cōuenit ne. Mnimia. Sat quod secū apportat doctis huiusmodi que modesta & morigera ē mulier. Phylodoxus. Nusq̄ ad dotē hereo. Cron. Ergo quid ni modo istuc agimus mnimia. Mnimia. Maxime sed ecū doxiam. Doxa. Phronisis pperans uerbis cronos edixit ut exire. Mnimia. Huc doxia anime mi huc ad nos scin quod de phymia te absente cōfecerit cronos. prestare ratus ē eā uti res suadet apud fortunū cōiugē dici quod apud te uitiatā. iccirco petēti fortunio despōdit. quid ais. Doxa. Quādo quidē in hūc locū adducta res ē ut meliora expectare nō liceat minus quod ad sit malorū eligere prudentis duco. Mnimia. Nō iniuria semp admira ri uehemēter solet prudentiā & humanissimā facilitatē tuam. Cum cetera ob merita tū uel maxime quod apud te his in rebus que facta opus sint nostris aut precibus aut longa psuasione minime indigeas. quos nosti quodē per tuis cōmodis & honore tuendis quantā & curā & diligentiam capiamus. Narravi preterea quo in te animo phylodoxus affectus sit. quid exposcat. Cōsulebam senē is approbat sententiā ob quā te accersuit ut certiores nos redderes quid tibi animi sit in nuptias. Doxa. Scio uos ea uirtute peditos ut possim tuto uobis & credula esse & morigera. Ego coniugē & que uis omnia uestra ex uoluntate atque sentētia accipiā ac recusabo quo ad uobis id gratū & acceptū esse intelligā. uestre sunt partes prospicere quo me loci cōstituatis. Phylodoxus. O dignā laude & amari cū

istaceloquētia atq; mirifica modestia. Sed timeo hunc senē  
ne deficiat psuadendo. Cronos. Hoc uelim scias me nō exto  
to approbare uirginē & eam quidē istius forme atq; etatis  
diu domi sedere. quod & si plerūq; fiat tū q; non adsit cui di-  
gne cōnubat tū q; in grandiorē familiam cupiāt rem suā loca  
re patres non tñ id nunc abste si fiat laudo uel quia sola sis qd  
sane ē sinistra non uacuū suspitiōe uel quia cetera omnia que  
in connubiis deliberandi tarditatē solēt afferre longe cessent  
nā neq; dos neq; affines neq; mores ulla ex pte sese prebēt ut  
merito recuses nuptias. dotē hic nullā petit tū q; lē maritū habi-  
tura scis specta. Minimia. Pulcherrimū sane at qui me hercle  
dixi cronos ut res est quātoue magis magiesq; cogito tan-  
to fit ut magis approbē quod faustū ac felix sit inter uos esse  
coniugiū. deniq; necesse ē has fieri nuptias ac uolo quidem fi-  
ant bene agēdi tempus nullū prescriptū est Cedo manū & tu  
manū. hic tibi sit uir hec tibi sit uxor: uoltis. Phylodox. Volo.  
Minimia. Tuq; id uis doxa annuit ergo uolt. Doxa. Volo.  
Cronos. Bene est. Phylodox. Dij immortales gratias uobis  
habeo q; in me propitij fueritis longe magis q; fuerim opta-  
re ausus. o me beatū. Minimia. Viden inprobi alicuius pecca-  
tum quantas interdū bonis afferat uoluptates. Phylodox.  
Exulto letitia plaudite spectatores hoc meo bono plaudite  
tuq; tibiicē precine hymeneū nos sequemur. VALETE.

FINIS.

IO. Francisci Poggii Florētini ad Alexandrum  
VI. Pon. Maxi. in expeditione contra Turcas.  
EPISTOLA.

I Aetabar uehemēter San. Pr. dum in patria audie-  
bam uelle te contra infideles bellum suscipere. Ve-  
rum post meum in urbem reditum. Quā a fide di-  
gnis accepi: Beatitudinem tuam bello huiusmodi interfu-  
turam: tuo insuper auspicio rem gerendam ingentior me-  
leticia tenuit. eoq; presertim cum uidi legatos cōplures ad  
diuersos orbis principes designatos. Vt eos ad hoc incoe-  
ptum tam laudabile tāq; honestum ac decorum sollicita-  
rent. Ego quidem Beatissime Pater: cum tuam circūspecti-  
onem: tuamq; prudentiā diligenter cōsidero: adduci non  
possum ut credam nō perfecturū te quod prōpto animo  
atq; alacri sepe numero pmisisti: quippe id opus imprimis  
laude dignū est: ac gloriosum. Tum putile est: perq; etiam  
necessariū. Enim uero cū tu laudis & glorię ardentissimus  
ab ineūte etate semp extiteris: Quis sane mentis credat po-  
stergaturū te hoc tam sanctū propositū: paraturū tibi famā  
immortalē in tanta presertim dignitate cōstitutū. Omnes  
nāq; homines: q; sibi aliquē honesti finē preponunt ad duo  
potissime tendūt: suasq; actiones uniuersas suasq; uires diri-  
gūt uel ad mūdā nā gloriā adipiscendā: uel ad eternā beati-  
tudinē perfruendā. Sunt & pleriq; ob utrumq; premoti ad  
bñ recteq; uiuēdū: hi & iustius agūt & sanctius: maiorēq;  
a deo retributionem expectāt: dū modo Christi primum:  
mūdi postea laudē querāt. Si tua beatitudo humanā glori-  
am aucupatur: suūq; nomen peroptat apud posteros cele-  
brari uiam habet latā atq; apertā: qua illud perenne reddat  
in posterū. Etenim Baizethus turcarū rex: opibus atq; im-  
perii magnitudine totius orbis Reges excellens Christi-  
colis grauissima intulit bella. Terra: mariq; illos inuadens  
Contra hunc si tu magnanimiter uelis arma suscipere:

Baizethus tur-  
carum rex.



Cicero.

litterisq; ac nunciis ceteros christianorum principes ad hoc opus animare: quos ego cum infinita bellatorum manu: tua auspicia secuturos non dubito Nonne ex hoc magna tibi laus gloriaq; parabitur? Nonne tuum nomen immortalitati dicabis? Quid enim laudabilius: quid gloriosius: quam pro causa honesta contra crudelissimum hostem arma suscipere? Rei militaris uirtute rebus ceteris prestare etiam Cicero ipse affirmat. Idque maxime uerum est: si in ea iustum equumque uersat. Quid aut iustius aut equius quam filios tuos ex immanissimorum barbarorum manibus liberare: tua opere implorantes: tuumque prestolantes subsidium? Occisorum quoque pro christi fide ulcisci iniuria? Quid pietissimo patri conuenientius: quam illorum uoces exaudire clamantium ad te quotidie. Vindica pater sanguinem nostrum ab impiis inique effusum. An poteris sanctissime pater clamoribus his aures tuas occludere? Vel calamitosus superstitibus tua misericordiam denegare? Atqui inquires cum efferatissimis hostibus futura nobis res est: pertimescedaque est illorum immanitas. Porro num christianorum militum fortitudine putas Turcarum feritati cessuram? An putas eorum uiribus diffidendum? Aberrares longe si id tibi persuaderes. Solent & ferere perdomari fuste uel ferro. Memineris futuros tecum uiros pugnacissimos: tum grauis: tum leuis armature: qui illorum feritatem atque impetum refrenabunt. Currendo illi pugnant: neque ualent robur nostrorum militum diutius sustinere. Neque uero multitudine terreare. Est enim maiori pro parte belli expers collectitiaque: ac tumultuarie comparata: militibus suis impedimento magis quam usus. Ad sexaginta armatorum milia leuis armature tantum habere fertur rex turcarum qui preliis sunt apti. Turba reliqua uilissima est: pugneque insueta. Nostrorum uel potius grecorum militum ignauia iis nomen dedit. At ubi cum uiris gestares est: etiam bis totidem numero inferioribus semper uicti retrocessere. Continua post constantinopolitanam captiuitatem

bella Ungarum cum Turcis habuere compluraque ac magna inuicem commissa sunt prelia. Victores tamen semper euasere: licet copiarum numero longe impares. Ad preda certam ire se credunt: cum contra turcas contendunt: alacrius animo uelut ad nuptias inuitati ad bella huiusmodi proficiscuntur. Id optimum esse poterit argumentum ac testimonium perspicuum hostilis ignauique: indubitatumque prebere poterit spem future uictorie. Ne terreare obsecro beatissime pater. Sunt enim ex his quos Alexander rex Macedonum parua manu toties debellauit. Quos & montium obicibus clausit. Quos & Romani imperatores complures sepiissime peruerunt. L. Sylla L. Murena. L. Lucullus. Gn. Pompeius Mirridatem ac Tigranem P. uero & L. Scipio Antiochum summos ac potentissimos Asię reges profligarunt. T. Flaminium Philippi Macedonie regis fastum superbięque contudit. Paulus emilius Perseum Philippi filium captiuum in triumphum duxit omnium celeberrimum: quante se acti fuere. Illis denique sunt progeniti: quos Cesar nullo suorum prostrauit incommodo. De quibus ad amicos scripsit. Veni: uidi: uici. Qui & pompeii foelicitati aiebat se inuidere: quod ex ignauis populis: atque imbellibus tam insignes reportasset triumphos: tantaque ex timidissimis nationibus gloriam comparasset. Hos tu credi maioribus suis bellatiores? Imbellia commune ac peculiare eius gentis est uitiu uel ex soli natura contractu: uel ex astrorum influxu pueniens. Neque existimes bellorum assiduitate cum uariis nationibus gestorum: euasisse illos fortibus uiris formidabiles. Quippe quod & priscis temporibus continue cum finitimis belligerebant. At ubi cum Romanis aut aliis bello exptis illis res fuit: uilissima reputabantur macipia: ac ueluti pecora trucidabantur. Ad preda potius quam ad pugnam Romani impatores exercitum suum ductabant inimicorum spoliis onustum postmodum remigantem. Perlege oro ueteres historias: as ueteresque anales reuolue. Conperies profecto uera esse que scribo. Lucullus quem in festo agmine contra Tigranem con-

Alexander rex macedonum.

- L. Sylla.
- L. Murena.
- L. Lucullus.
- Gn. Pompeius
- Mirridates.
- Tigranes.
- P. Scipio.
- Antiochus.
- T. Flaminius.
- Philippus rex.
- Paul. Emilius.
- Perseus rex.
- Cesar.
- Pompeius.

c





Tigranes in Ro-  
manos dictum.

Plutarchus.

Popei victoria  
contra metridatē

Antiochus rex  
Syrie.

Hannibalis pro  
Ro. cauillatio in  
Antiochum.  
Macrobius.  
Milciades.

Pausanias.  
Leonidas.  
Themistoclis vi-  
ctoria de perse.

Agessius.  
Lisander.  
Simon.

Alex. magnus.

Darius rex.

tēderet Armenię regē p̄potētē sane: totiq; Asię formidabi-  
lē. Qui & regibus pluribus nō mō ipabat: uerū etiā p̄ satelli-  
tibus utebat. Forte tū sedēs cū amicisq; colludēs Tigrānes  
p̄spectis ex aduerso ultra tigrim romanorū copiis cōtra iā  
aduētātib⁹ interrogasse fert: que nā eēt illa legatio. Vbi uero  
hostilia signa eē cognouit: illorū paucitate despecta. si lega-  
ti inqt uenerūt satis sūt: si pugnaturi pauci. Verū exitu cōpe-  
rit plus ualere militū robur licet paucorū q̄ plurimorū desi-  
diā: fortitudinēq; poti⁹ fidēdū eē q̄ nūero. Ingētinaq; strage  
supatus supbię suę ac stulticię penas dignas p̄soluit. Plutar-  
chus ip̄e i Luculli uita testat̄ uictores uix tricesimā eorū qui  
eti sūt p̄tē fuisse. Pōpeius etiā trecēta hominū millia ex exer-  
citu Mitridatis occidit cū puo aut nullo suorū piculo. Qua-  
tuordecimq; asię puincias breui i ppli romāi ditionē redegit.  
Minori etiā cū iactura Antiochus syrię rex potētissim⁹ bel-  
lū parās cōtra romanos: cū suorū militū acies argēto atq;  
auro p̄fulgētes Hannibali apud se diuertēti tūc ostētasset: an-  
satis romanis forēt interrogauit. Qui i militū cauillat⁹ ibelliā  
ut refert Macrobi⁹. Satis fore rñdit etiā si auarissimi sint. qd̄  
referā Milciadē sexcēta Persarū millia pua manu p̄figātē?  
Quid Pausaniā? Quid Leonidā pari fortuna p̄liatos? Ta-  
ceo indytā illā toto in orbe decātātā Themistoclis de Xerxe  
rege uictoriā. Nōne incredibile pene ētātas armatorū copi-  
as: tū terrestres tū maritimas: qui flumina potādo siccabāt:  
quos uix toto grecia capiebat: fuisse minimo cū labore ter-  
ra mariq; a paucis ad iternitionē r̄dactos: ita ut rex ip̄e puo  
lēbo i patriā remeauerit. Eloqr̄ ne agesilai: lisandri cimonis  
cōpluriūq; tū Spartanorū: tū Atheniensiu ducū de diuersis  
Asiē pplis trophea uictoriaq; p̄multas: cū puo suorū incō-  
modo cōparatas. Piget pudetq; referre magni illius Alexā-  
dri cōtra Dariū Persarū regē uictorias a grecis tm̄ scripto-  
ribus decātatas: q̄ exigua manu: tot barbarorū millia dele-  
uerint: q̄ minima suorū iactura pugnauerit. Quot Asię p̄

uincias nullo obstāte p̄grauerit: quot gentes p̄lustrauerit.  
Ita ut Frāsciscus Petrarca poeta Floren. insignis: currendo  
diuersos pplos ac natiōes cōplures uidisse illū affirmet. Il-  
ludēs p̄facete deuictorū populorū ignauię. Cū his tibi res  
erit Sāctissime p̄r. Ne inanes blacteronum minas p̄timeas  
Cōtra ignauos ac timidos ualētes sunt illi: instātq; fugiēti-  
bus tm̄. Fortiū aut uiorū uim atq; ip̄etū minime ferūt. Foe-  
minis etiā ibelliores. Age uero Turcas fortissimos belloq;  
exptos. Nōne ingētior tibi parabit gloria cū ualētioribus  
hostibus certaturo? Maxie tū cuiusq; laus apparet cū picu-  
losora aggredit̄. Virtus enim circa difficiliora uersat̄. Cur  
cesaris gesta p̄ ceteris celebrant̄? Nisi q̄a cū fortissimis nati-  
onibus illi res fuit. Cur xpianissimi frācorū regis magni illi  
us Caroli facta ad coelū tollunt̄? Nisi quia Vngaros uiros  
bello strenuos ac preferoces magna clade p̄domuit. Saxo-  
nūq; gētē indomitā sane atq; efferā post uaria ac piculosa  
bella ultra annos. xxx. cū his gesta: tadē xp̄i fidē coegit susci-  
pere. Pugnauit ille qd̄ diuersis cū gētibus: uariaq; reporta-  
uit uictorias. At ex his duobus bellis potissime magnā lau-  
dē ac p̄petuā gloriā reportauit. Francorūq; gētē ita illa stra-  
uit: ut eorū nomē ibellis deinceps fuerit posteris oibus ma-  
xime formidādū. Maxime tum uirtus elucet: p̄cipuaq; for-  
titudo mōstrat̄: cū ardua q; laboriosioraq; inuadit. Quid  
amabo ex ignauis timidisq; hostibus glorię uiro forti pōt  
contingere? Infamia potius est cum huiusmodi hominum  
genere contēdere. At summa laus cū fortibus uiris certare  
siue uincas siue uincaris. Laudādus siqdē ē: qui iusta suscipit  
bella. Inq; his p̄parādis debita solertia circūspectiōeq; utit̄:  
& si insoelicē exitū sortiat̄. Nā ut ait Aristo. Bellorū initia:  
eorūq; p̄paratiōes prudentię tribuunt̄. Euēta uero fortunę  
ascribunt̄. Que cūcta p̄ libidine regit ac moderat̄. Neq; il-  
lius temeritatis habet ip̄atoris uirtutē ac fortitudinē detur-  
pare: qui eā quā potuit: uel debuit adhibuit solertiā: oportu

fran. petrarca

Philosophus.

Carolus magn⁹  
Vngari fortissi.  
Saxones efferi.

Aristoteles.

c ij



Semiramis cōtra Indos.

Cirus persa a femina trucidatur

Pyrrhus Rex mox regule ictu

P. Scipio. Sn. Scipio. Pau. Emilius. M. Marcellus apud Casilinum occiditur.

Hasdrub. mors. Magnus. Pō.

E. Marius. Sylla. M. Brutus. C. Cassius.

Scipio Hannibalem superat. Carolus dux burgundie.

Braccius. Aquila oppidū.

naq; ac necessaria omnia pparauit. Cōplures legimus egregios bello duces: summosq; impatores exitū infoelicē in pugna sortitos. Vtq; ab antiquioribus ordiar: notioribus tamē Semiramis magnope a priscis historicis celebrat: q; ausa sit ingēti cū exercitu Indiā inuadere: quis infoeliciter pugnans: sauciāq; retrocedere fuerit ab Indis coacta. Cyrus ille q; primus Persarū fundauit imperiū: quē priscorū historiē oēs decantant: eiusq; gesta ad coelū tollūt: nonne fuit a foemina trucidatus: una cū toto illo exercitu: quo totā fere Asiā ditioni suē subdiderat. Pyrrus Epirotarū rex: quē Hannibal apud Liuiū maximū omniū post Alexandrum magnū impatorē fuisse affirmat: dū agros oppugnās Argiuo militi cōgredit foemelle ictu: tegula desuper iacentis occidit. P. ac. Gn. Scipiones in Hispania a Carthaginēsis superati sunt atq; occisi. Pau. Emilius Cannensī clade occubuit. M. Marcellus post tot egregias innumerasq; uictorias de hostibus partas apud Casilinum Hannibalis fraude circūuentus interit. Hasdrubal ipse Hannibalis frater una cū exercitu perit. Quid referā magnum illū Pōpeium toti orbi notissimū: cuius post innumera trophea: post clarissimos triumphos qualis belli cum Cesare gesti exitus fuerit quis ignorat? Quid referā. C. Mariū a Sylla pstratum. Quid. M. Brutum. C. Cassiū Pōpei liberos in Hispaniēsi pugna cōtra Cēsare fortissime preliantes occisos. Num ppterea minus digni sunt laude q; uota illorū prudenter incepta optato sine caruere? Hannibalē ipsum inter maximos Duces numerare: quis desinat: q; fuerit a Scipione superatus? Carolū burgundiē ducem: ne nra tempora uidear pretermittere: toti quondā occidēti formidabile: quis inter summos impatores priscos etiā ponendū inficiet: licet fuerit ab heluetis debellatus atq; occisus. Sileāne Bracciū Montoniū: Martē alterū a militibus nuncupatū Qui in Aquilē obsidio fortissime pugnādo uictus letali uulnere saucius expirauit: nōne p maximo Duce cedrat pstr

tissimorū uirorū cōsensu? Nicolaū etiā piceninū sumis ducibus anumerādū q; neget? Licet ipse q; infoeliciter dimicauerit? Quid dicā de Roberto seuerinate superioribus annis dū Venetorū exercitui pisset strenue pugnādo occiso? Possē enumerare cōplures tū priscos tū hodiernos egregios impatores haud disparē finē nactos. Quos satietatis cā impresentiarū ommitto. Hi nepe bellorū exitus cū fortunē mutabilitati subiiciant prudētū aut fortū uirorū laudi nihil detrahūt. Possuntq; casus innumerabiles euenire ad prūpēdū exercitū: q; nequeūt a sapiētissimis etiā puideri. Quippe q; sepe audiuius uilissimi lixē calonis ue: aut gregariū militis culpa magnū fuisse q; exercitū pfligatū. Itaq; Beatissime Pr̄ si tua utaris prudentia: oportunaq; ad bellū ppare: & si inceptū huiusmodi laudabile ac decorū infaultū. Quod abominor. euetū fortia: magnā omnimodo apud mortales oēs laudē consequeris. Sin uero: qd summis uotis optamus: quodq; futurū speramus Christianorū res pspere cedēt: ingentē laudē ac pennē gloriā cōpabis. Superabis nāq; omniū q; te pcessere Romanorū Pontificū gloriā. Quorū aliqui: inter quos & Calixtus auunculus tuus: licet expeditiones p sepe cōtra infideles parauerint. Christianorūq; principes lris ac nūciis ad bella huiusmodi iflāmauerit. Illis tñ minime pntes fuere Pio tñ secūdo excepto. Qui morte puentus qdicoepat nequit pficere. Quē ego ob tā egregiū facinus maxia laude dignū existimo. Neq; etiā erubescō scōrū nūero illū ascribere: uitā p xpinoie exponētē. Cōfusus eq; dē ad hoc Camaldulēsis cuiusdā factissimi anachoritē testimonio: q; ea hora q; pōtifex obiit ipius aiā uidit ascēdētē i celū duob; angel; comitatā. Idq; abbati ordinis generali tri duo añ retulit: q; de ipius obitu qcq; sciret. Tu idē sollicitator eris btissime pr̄: tu idē et ipator: uirtuti tuę cūcta tribuēt. tua erit belli huius laus oīs & glia. Etenī cū sis illius principiū q; alios ad id cōmoueris: potissima eius ps eris: ac nō imerito.

c. iij

Nicolaus piceni

Robertus seuerinate.

Calix. Papa. ii.

Pius Papa. ii.

Anachoreta Camaldulēsis uille



Christi verba.

Iuxta uulgarē omniū philosophorū sēntiam. Ceterū si uere laudis amore stimulatus immortalisq; glie: ac eterne btritudinis seruore succēsus hoc scīssimū opus suscipias. Quid ē qđ sūmo deo sit gratius atq; accepti⁹ q̄ illius fidē ppagare p q̄ illius ampliatiōe pugnare. Hoc ē certissimū futurę btritudinis pign⁹ dicēte saluatore i euāgelio. Qui me cōfessus fuerit corā hoībus: cōfitebor & ego eū corā p̄re meo: qđ i celis. Corā hoībus xpm cōfitef: q̄ illius gloriā querit: paratus p ea: si expedierit: uitā effūdere. Hoc aplorū princeps Petrus p̄decessor tuus: aliiq; xpi discipuli factitarūt: digni habiti p eius noie cōtumeliā pati. Hoc & scī martyres fecere: non ueritipugnā p xpo cōtra tyrānos subire. Quorū q̄le sit p̄miū: qđ digne queat referre? Nonne ecclia ipa decātat quottidie in eorū solēnitatibus. Quę uox quę poterit lingua retexere: quę tu martyribus munera p̄pas. Tu etiā ac quotquot te sequent̄ eritis inf̄ martyres cōputādi. Verū p̄cipuū grādiusq; p̄ illis te manet p̄miū. Duplicē nēpe i die iudicii aureolā assequeris. martyris scilicet & doctoris. Quippe querbis litterisq; tuis: ac nūcis sequaces tuos ad tā insigne opus accēderis. Adde qđ uix fieri pōt scīssime p̄: ut qđ maxia dignitate sunt: si mō hoies sunt: mltā nō peccēt: grauioraq; sunt eorū errata q̄ aliorū facinora. Etenī teste Salustio: cui & scōrū patrū auctoritates adstipulant̄ pmulte. Eorū facta cū sint oibus nota: quę i aliis p̄ctā sunt leuia: sunt i illis grauiissima. Perdifficile ē perq; laboriosum in summa licētia nō errare. Quis ē: ut inqt sapiēs: qđ potuerit trāsgrēdi & nō sit trāsgressus. Facere malū & nō fecerit. Mirabilia hic nēpe egit i uita sua. Nōne habemus scōrū exēpla pmulta. Quis ut Hiero. ait David sanctior: qđ Salomone sapiētior: qđ Sāsone fortior: legimus tñ manifesta eorum errata: quę uita subsecuta bñ p̄cta postmodū aboleuit. Legimus & martyres cōplures fuisse antea sceleratos diuino postea tactos numine. Gloriosam p xpo mortē oppetisse. Legunt̄ & p̄mlti: quo

Aureola.

Salustius.

Baptista uictū.

Hiero. de David Salomone Sāsone.

rū fuit ab initio uita turpis: quos p̄ scis nūc ecclesia ueneraf. Constantinus ille magnus crudelis sanguinariusq; ab initio fuisse phibet: uerū suscepto baptisinate in alterum repēte uirū ē imutatus. Factusq; ex p̄secutore ppugnator. Ita ut teste Ambrosio inter scōs locū meruent. Taceo Paulū illum uas electiōis: factū ex inimicissimo fidelissimū. Vitā omnē anteactā quātūuis turpē honestus finis illustrat. Delictaq; p̄terita nō mō diuino i cōspectu delent: uerum etiā i nouissimo die: quo cūctorū mortalium scelera penitissima etiā oibus patefiēt: nulla illorū extabit memoria dicēte Psal. Beati quorū remissę sunt iniquitates: & quorū tecta sunt p̄ctā. Debet igit̄ summa ope niti optimus qđq; ut decorū finē sortiat̄ xpianoq; conueniētē. Porro qđ cōueniētior q̄ uelle p̄ eo subire picula: qđ crudelissimā mortē p̄ redēptiōe n̄ra nequaquā expauit. Nihil ergo habes Bea. p̄ siue hactenus bñ scēq; uixeris: quod magis tuā uitā p̄clare actā celebrem reddat: siue aliqua in ea errata cōmiseris: qđ illā magis emūdet decoret qđ etiā qđ belli huiusmodi iusti sanctissimiq; alacris p̄optaq; susceptio. Hoc tibi sane laudabilius ē: qđ si ingentes ēdes ac palatia fabricaueris. Ad p̄pā enī mundi huius sunt illa: diuurnitateq; t̄pis ruitura: paulatimq; ex hominū memoria excisura: Quę enī Assyriorū aut Egyptiorū operū magnificētissimorū nunc extāt reliquię. Id nihil magis ostēdit qđ fluxa qđq; fragilia sint manufacta mortaliū opa: qđ mirabiliū edificiorū: quę i urbe uisunt̄ ruine. Quorū auctorū noia uetustas penitus aboleuit. Fac tibi ēdes ac palatia t̄pe minime peritura. Para tibi in coelis mānsiones p̄petuas: quod tibi erit p̄facile: si p xpi glia bellū hoc ineas. Hoc opus erit firmum & stabile: pennem tibi deniq; famā pariturum: dicēte Psal. In memoria eterna erit iustus: & iusticia eius manet i sc̄lm sc̄li. Tu igit̄ si gloriā ac foelicitatē cupis eternā: habes uiam latā atq; amplā: qua eā possis cōseq; p̄ qđfaciliter. Vtilis p̄terea ac necessaria est Beatissime pater hęc expeditio: siue tuam: siue

Const. imperator.

Ambro. d̄ obitu Theodosij. Paulus uas electionis.

Psalmista.

c iij



Propheta.

Alexander Rex  
macedonum.

Naupactū Tur  
ce capiunt.

Forum iulii popu  
lari turce.

totius xpiani ppli utilitatē ppēdas. Primū utilitatē tuā mani  
festā q̄s nō uidet? Verebūtur te magis xpiani oēs cū uiderint  
ad hoc ppositū animatū: tuēq; erūt sanctitati obediētiōres  
Eris enī norma atq; exēplū omnibus: teq; uerū xp̄i uicariū  
asseuerabūt. Tua p̄terea indies augebit iurisditio. Imperiū  
tuū longius ac latius ppagabit. Veniēt ad te iuxta pphete  
sententiā Omnes q̄ detrahebant tibi: & adorabunt uestigia  
pedū tuorū. Pplius etiā quē hactenus non cognouisti seruet  
tibi. Ex quibus uberiora quoq; ac ampliora tibi puenient  
uestigalia. Ceteris uero Christicolis emolumēta permaxi  
ma. Ante oīa innumerabiles ppli crudelissimē seruituti hacte  
nus emācipati: q̄ etiā nūm uita morte grauiorē ducūt p̄teli  
bertati p̄stine restituent. Eni uero cū piētissimus sis Beatissi  
me pater etsi nulla urgētior causa subesset: quē te ad id bellū  
impelleret Hęc sola debet esse potissima: quē te uehemēter  
inflāmet scilicet ut paterna charitate stimulat: miseris cala  
mitosisq; subuenias. Alexāder rex macedonū ut aiebat non  
tā ppagandi imperii cupiditate incensus Persis bellū intulit:  
q̄ ut Grēc̄e quōdā iniurias ab his sepe illatas ulcisceret. Grē  
cosq; Persis iam dudū seruiētes in libertatē uindicaret. Qd  
& uictoria potius effecit. Te quoq; cum sis pater omniū de  
cet multo magis oppressorū filiorū ulcisci iniuriā. Reliquis  
p̄terea christianorū populis timorē nō modo adimes: ue  
rum etiā securitatē tranquillitatēq; parabis: si Turcas debella  
ueris ut speramus optamusq; omnes Porro eiusmodi expe  
ditionis necessitatē quis sanē mētis inficiet? Superiori anno  
cū rumor increbresceret ab infidelibus bellū parari signes p  
māsimus atq; increduli. Neq; prius credidimus: q̄ Turcarū  
rex magna classe Naupactū inuasit: inq; forū iulii n̄ paruā mi  
litum manum immisit. Qui prouincia populata ad decē ho  
minū millia partim ceciderūt: partim captiua asportauerūt.  
Ipsē quoq; fuerat progressurus ulterius: ni lues gentes suas  
inuasisset. Quare egrotās Cōstantinopolim redijt: Fereba

turq; nō rediturū amplius: uerū p̄senti anno maioribus cū  
copiis rediēs Motoniū p̄munitā urbem expugnauit: dire  
ptāq; incendit: p̄terq; eos q̄ in p̄sidio ceciderant ad quinq; ca  
ptiuorū millia infra biduū media secari iussit. Coronū in illi  
us potestatē spōte deuenit crudelitate hostili Motoniq; ex  
emplo deterritū. Deueniet & Corcyra n̄ puideat. Cuius  
tutelā Veneti desperātes tuū auxiliū implorat. Hanc si forte  
coeperint turcē: paruo cū labore: cū uolent maritimas eccle  
się urbes inuadēt. Sunt enim ex armate omnes fere: ac ppu  
gnatoribus uacue: Bidui itinere ab his distabunt: improuisi  
aderūt leui etiā spirante aura: populabūtq; omnia. Pluribus  
ex locis Italiā poterunt inuadere: nullo illis obstante. An tu  
Romā ipsam putas tū fore tutam ab hostili incurfu? Quas  
enim copias habes: quas illis possis opponere: si classē ita  
lię littoribus applicuerint. urbē infesto agmine cōfestim pe  
tent. Id ipsi expetunt: id ipsi minatur potissimū. Quippe unā  
ex portis tuę urbis se coepisse iactabāt post Motonianā ex  
pugnationē. Ex portis ac moenibus prius cernentur q̄ terre  
eos appulisse p̄sciueris: preuenient sua celeritate nūcios. Im  
paratū te ad orientē atq; incautū. Gregē ne tuū deserēs tunc  
Sā. p̄r? Si illū relinqs iā nō pastor eris: sed mercēnarius nūcu  
pādus. Bonus. n. pastor ut ait Saluator animā suā ponit pro  
ouibus suis. Mercēnarius aut uidet lupū ueniētē & fugit. Pa  
tieris ne p̄phanari apostolorū basilicas: fieriq; christi inimi  
corū equile: minantiū quinetiā altaribus p̄p̄sepiis se usu  
ros. Verū dic oro Quo nā fugies? Ad gallos ne? An ad his  
panos? An ad germanos? An ad alias nationes extraneas?  
In Italia enim nullū tibi erit rutū perfugiū. Si Romā capiēt  
reliqua etiā occupaturos q̄s dubitet? Quēcūq; aut exterarū  
gentiū loca petieris: scias alieno in solo te fore. Ad p̄scriptū  
alterius tibi erit uiuēdum. Euripides poeta tradit. Alienam  
domū ingredientē effici illius seruū: licet sit liber. Inane erit  
penes te tātū p̄tōficis nomē. Vereq; tunc eris omniū ser

Motoniū vrbis  
capitur.

Coronū deditur  
turcis.

Corcyra  
Veneti.

Saluatoris uer  
ba.

Euripides.



Propertius.

Popei fuga dā  
natur.

uus: quācūq; omnibus dominaris. Præterea si hanc urbem desere-  
ris: ubinā gentiū alterā Romā inuenies? Hęc est unicus or-  
bis terrarū oculus. Hęc deorū sedes antiquitus nuncupata.  
Hęc rerū dñā. Et ut inq; Propertius. Natura hic posuit quic-  
quid ubiq; fuit. Pro qua urbe pugnabitur si hanc deseris? Gñ.  
Popeio magno uitio datū fuit: tū ab hostibus: tū etiā ab ami-  
cis. Quod civili bello ingruēte: nullo cogēte Marte urbē ho-  
stibus reliquisset: quod sui exitii causa fuit potissima. Si uero  
hic permanere statuisti Bea. p̄ Saniori usus cōsilio: pręuidē  
dū tibi ē imprimis: quo nā pacto queas p̄potentis hostis ui-  
res retūdere. Pensandūq; an tuę ad id opes sufficiāt. Quę si  
minus erunt idoneę alienas implores. Has autē tibi p̄to af-  
fore arbitror: si tibi p̄i nō deeris. si & tu munus tuū tua p̄par-  
te adimpleueris. Christi hostis: nō Christianus cēsendus ē: q̄  
oportunū auxiliū denegaret. Tum p̄muniente sunt orę om-  
nes maritime ad propulsandā hostiū classē. Demū dispo-  
nendi p̄prouincias milites ad prohibēdos inimicorū incur-  
sus. Postremo necessaria omnia preparāda: ne opprimaris  
incautus. Stultum ē prudenti uiro dicere: non putarā: quāuis  
utilius sane erit ac laudabilius hosti occurrere quā uenientē ex-  
pectare. Perge obuiā: nō deerūt q̄ te sequant. Prębe te ducē  
uenient post tua uestigia gentes innumere. Est præterea ne-  
cessaria huiusmodi expeditio si recte sapis. Si qua ē etiā in  
te ut præfers honoris glorięq; cupiditas nō inanis. Etenim  
cū illā suscepturū te per sancte iuraueris: fuerisq; palam id p̄-  
fessus multoties: scripseris etiā Christianis p̄ceribus ac prin-  
cipibus hoc uotū tuū. Si iuramētum tuū non implet. Nōne  
te omnes inconstātię leuitatisq; accusabūt? Nonne Fidis fra-  
gū dicēt atq; periurū? Infamiā certe incurres indelebile atq;  
perhennem. Scis peiuros tam civilibus q̄ canonicis sanctio-  
nibus esse infames. Eoq; damnabilius erit erratū tuū: quo  
excelsiorē tenes inter Christianos gradū. Cūq; in omnibus  
uituperabile sit mēdaciū: in extrema tū dignitate posito de-

testabile uidet: ac etiā intollerabile. Christi uicarius es: illū  
te decet imitari. Qui oīa p̄ prophetas p̄missa p̄soluit. Qui  
etiā ait. Nō facturū se irrita quę de suis labiis p̄cessere. Fide-  
lis semp̄ in omnibus uerbis suis. Denigrabit: mihi crede Sā.  
p̄. oīs antea cta uita tua: quātūuis etiā laudatissima: si ab hoc  
incepto destiteris: nullusq; mortaliū deinceps tuis dictis iura-  
tis etiā fidē ullā p̄stabit. Vide quāto periculo dignitatē tuam  
Apostolicęq; sedis auctoritatē exponas. Vide ne amicū tibi  
p̄cipuū teipm̄ inquā decipias. Cauene famę tuę sis p̄digus  
p̄ qua tuēda optimus ac sapientissimus quisq; nō uerebitur  
mortē oppetere. Neq; uero potest sanctitas tua quicq; cau-  
sari: quod apud bonos & graues aliquā possit cōgruā excu-  
sationē afferre. Mortaliū nulli id poteris p̄suadere in te culpa  
omnis referet. Tu malorū omniū cāeris atq; origo. Etenim  
cū fidelīū cunctorū sis caput Christi q; uicarius. Quis Chri-  
stianorū regū ē uel baronū: q̄ tecū hac in expeditōe tū iustif-  
sima: tū utilissima non cōueniat? Quos licet dei amor ad id  
nō moueat imprimis: pudor saltē uerecūdięq; impellet. Cer-  
tatim mihi crede ad id bellū partim accedet: partim suppeti-  
as ministrabūt. Nec ullus erit quātūuis impius: q̄ te deserat  
p̄eūtē. Destituent nāq; & ipsi a subditis xp̄i fidelibus dñorū i-  
q̄tatē detestaturis. Habes primū Polonię Bohemię Vnga-  
rięq; reges turcarrum finitimos: uiros bello prestatissimos  
eorumq; pugne assuetos: ad huiusmodi sane bellum prom-  
ptos atq; alacres. Tū credin defuturū huic sancto operi xp̄i  
anissimū frācorū regē Ludouicū? Credin & Ferdinādū his-  
paniē regē iā dudū p̄ xp̄ianę fidei ampliatiōe p̄lantē? Cre-  
din & Portugalię regē Credin & Romanorū impatorem  
coeterosq; reges ac xp̄iani orbis barōes & p̄ncipes tuę Sā.  
nō affuturos? qd dicā de ecclīasticis p̄latis alijsq; sacerdotib;  
ac coeteris p̄phanis? nōne reris eos p̄ti suppetias missuros:  
p̄ti tua signa foelicia sectaturos? Poteris multiphariā fra-  
triq; turcas iuadere. Expedi illd̄ sacratissime crucis uexillū ei<sup>9</sup>

Polonia.  
Boemia.  
Vngaria.

Rex francorum  
xp̄ianissimus Lu-  
dovicus.  
Ferdinandus His-  
paniæ rex.  
Rex portugalię.  
Imperator Ro-  
manorum.  
Barones.



aspectū turcē ipi certe nō sustinebūt: cedēt infideles christicol  
 Bono sis aīo scissime p̄r. Ne spernas oro uaticiniū meū. tuę  
 scitaturcarū rex ip̄e debet. Triūphatū illū tecum adduces  
 Habes fortunā amplā atq; magnificā. Quod potissimū in  
 bellis requir̄. Tene illā manibus p̄ssam dū se offert: ne sinas  
 elabi: q̄ppe lubrica ē: quā nequeas post modū fugiētem ap  
 prehēdere. Occipite enī caluo depingit̄. Noli quēso hanc  
 occasionē ommittere. Oīa secūda & obediētia sunt tibi: il  
 lis aut̄ erūt aduersa. Hāc tuę beatitati palmā summū deū re  
 seruasse crediderim. Alexādr̄i nomē faustū felixq; ē: ac bar  
 batis maxime formidādū. Reor ego opitulāte altissimo:  
 quē admodū p̄ Alexādrū quōdā Macedonū regē Persarū  
 ip̄erū fuit deletū: ita & p̄ te turcarū regnū destruet̄. Nepha  
 riāq; Mahumetis secta: cuius finis iā instat: omnimodo in  
 teribit. Christi quoq; sepulchrū tot seculis ab infidelibus oc  
 cupatū: te auctore: te duce tādē fidelibus restituet̄. Oriētale  
 p̄terea ip̄erū in lucē restitues iā pridē n̄ orū culpa extinctū.  
 Itaq; Sā. p̄r paca prius Italię fluctuationes. Quarū sedatio  
 uolēt̄ tibi erit p̄facilis. Tyranorūq; reliquias ex ea depelle.  
 Quo nihil potes agere laudabilius. Osiris alter atq; Her  
 cules merito poteris appellari. Quos prisci oēs scriptores  
 ob hoc potissimū summis laudibus celebrarunt: q̄ terrā ū  
 orbē tyrānis purgauerē. Imitaberis p̄terea redēptorē n̄m  
 q̄ut mortales e potestate tyrānica liberaret: carnē n̄am su  
 mere non erubuit: neq; mortē crudelissimā recusauit. Dein  
 accinge te ad hoc opus sāctissimū paraturū beatitudini tuę  
 cū apud posteros gloriā ingētē: tū apud excelsum deū foe  
 licē ac eternā laudē perenneq; p̄miū. Postremo tibi aposto  
 liceq; sedi utilitatē p̄ magnā. Ceteris etiā Christifidelibus  
 cōmoditatē atq; ingens gaudiū allaturū.

FINIS.

Alexandri bar  
 batis formidan  
 dum nomen.

Daticiniom a si  
 militudine nois.  
 Mahumetis se  
 cta.

Osiris.  
 Hercules.

Redemptor no  
 ster deus.

CLEMENTISSIMO. ALEX. BORGIA  
 SEX. PONT. MAX.

Lures a me & cōplures ornatissimi & senescētes  
 uiri. Alexāder p̄t̄ifex Maxime tuā in Turcos san  
 ctā institutionē cōtinuo flagitant quā negare non  
 possum amplius nec tuo sine sapiētissimo iudicio cōproba  
 tā exhibere uolo nec possum. Non ē uēto sa uerborū p̄pa  
 cōposita. Cōpēdiosa t̄n ē & uerax. Christianis nō adulat̄:  
 nec mentitur Turcis. Qui si ab inceptis nō cessant maiora  
 dāna & tātis sceleribus cōdignas penas sedente te: tuoq; fa  
 uēte numine merito reportabūt. Si institutio hęc suum: ut  
 par ē debitū sortiat̄ effectū. Mihi aut̄ tāte institutionis cōpila  
 te fructus erit uberrimus: tuę me beatitudini placuisse. Nūc  
 me quē creasti totū audias & p̄legas: tuū me totū p̄ter tuo  
 rū omniū sentētiā nō deseras nō postponas. Vale longissi  
 mis Alexander annis. Et familiā meā Porciā tuę sanctitati  
 omni tpe deditissimā sustineas firmes & p̄ suę seruitutis he  
 reditario uinculo si placet exalta.

Sum rigidi proles nunq̄ moritura Catonis  
 Cui tribuit nomen: Porcia & arma domus.

Clementissimo Alexandro Borgia Sexto  
 Pont. Maximo.

Non aliter ueteres ueneratur Roma parentes:

Gens q̄ te puro Porcia corde Bouem.

Non aliter ueteres ueneratur Troia penates:

Gens q̄ te puro Porcia corde Bouem.

Non aliter primum seruat pia foemina partum:

Gens q̄ te puro Porcia corde Bouem.

Viue diu Bos uiue diu Celebrande per annos:

Inter Pontificum gloria summa choros.

Tuus quem nosti Porcius  
 Handrensis Antistes.



IN. TVR. COS. POR. CIA.  
DECLAMATIO.

**I** Euabo oculos meos in montem unde ueniet  
auxiliū mihi. auxiliū meū a domino solus q  
cuncta creauit. Non gentiliū more qui dicēdi  
principio pueridas musas & appollinē inuo  
carunt: sed christianorum sancta uestigia prosequutus ad  
illius opem confugio uirginis deuotissime que pietate sua  
mortales efficit immortales. Grādem iniecit mihi dicendi  
cupiditatem Maxime inquam Maxime Romane summe  
Pontifex Alexander Borgia altitudo rerum quas beatitu  
do tua gessit semper quasq; gestura est. Sunt amplissime  
sperantur inde maiores & quam ab oratore non poterunt  
ab actore te Pontifice Maximo dignitatem maximam con  
sequenter. nam solus es Clementissime Pontifex sub cuius  
sum imperio tantum & cui soli omnia a me atq; ab optimo  
debitore debeantur: sic ut quantum de mea erga beatitudi  
nem tuam fide atq; obsequio detraxerim tantum de meo  
officio integritate hereditariaq; meorum & mea seruitute  
detraxerim. Dabitur facilis spero uenia p tua in omnes mā  
suetudine singulari si in hodierno hoc tui Christianissimi  
federis mihi munere delegato cōmuni omniū desiderio re  
rendissimorum Cardinalium expectationi & tuę sanctita  
ti minus debite & compositę minus ipse satisfactio: statui  
potius debiti mei uinculum pro uiribus adimplere q̄ tuę Be  
atitudinis non obedire mā datis & huic tuo sanctissimo &  
necessario Federi non exponere necessaria: Bellum graue  
quod christianis tuis omnibus Beatissime Pontifex a Tur  
corū principe crudelissimo illatum sepe legimus intermissū  
diu: nouissime propter illorum multitudinem non sine no  
strorum Plaga repetitum: magnum esse periculosum esse  
fatebor Sed ita fatebor: ut nullo sit illud iure timendum. At

Inuocatio.

Prefatio.

Excusatio.

Narratio.

creuit dices turcorum rabies Christianorū sanguine reple  
ta totiens: satiata nunq; ab illis omni terra omni pelago se  
pius oppugnamur: Sed non illorum uirtute premimur mi  
litari: nostrorum at diuisione principum superamur: affligi  
mur & medijs laceramur: suis licitaq; uiribus nostra ruit: ruit  
religio christiana. Corinthum totius Grecię lumen Ro  
mani pro eorum superbiis legatis acceptis extinctum: ex  
tinctum esse uoluerunt: nostri Principes christiani p tot mi  
libus & innumeris trucidatis Christianis: turcorum furen  
tem regem impunitum esse: Inultum esse hactenus tollera  
runt: Maiores nostri bis ex feda Saracenorū seruitute Hie  
rosolymam uendicarunt. Nostri principes Christiani in fau  
cibus Italie in faucibus Ecclesię tuncos habitare patiuntur:  
quotidie qui propinquiores fiunt. Nulla dies ē in qua Chri  
sti greges non imminuantur a turcis. Qui christianorū Im  
peria non querunt tantum: sed illorum meditantur exci  
dia: Christianum uicisse putant neminem: nisi quem aceri  
mis occiderint Cruciatibus atq; tormentis. Innata crudeli  
tas illis ut nihil apud eos possit misericordiam implorare.  
Turci militię nobilitatem. Scientiam militarem. Iusgen  
tium & humanitatis pacta primi uiolarunt. Turcorum  
princeps nulla uirtute: nulla religione redemptus specta  
tur scelerum est scelerumq; magister: nullum deniq; dete  
stabile scelus est quod a turcorum Principe rapacissimo nō  
sepius oriatur. Omnia illius praua desideria: praua conci  
lia in christianorum sanguinem uergunt & p̄dam. non  
curat uina turcus non curat uina quoniam nostrum sitit si  
tit ille cruorem. Hictamen cum fortibus Christianis nul  
la ante hanc plagam conseruit arma nisi cum Vngaris &  
eorum Rege tuę sanctitatis plurimum deuotissimo a qui  
bus non minus accepit q̄ illis intulerit detrimenti. Veneti  
epe soli illorum audacię restiterunt illorum soli omnem  
mpetum sepius represserunt: nunc Vngari terra defatiga

Corinthum.

Hierosolyma.

Turcorum  
perfidia.

Vngari.

Veneti.



ti. Veneti nunc audent occurrere minus. Sed non iuuat Be-  
atissime Pater innumeras ciuitates atq; Prouincias ab ho-  
ste totiens crudeliter occupatas enumerare: non iuuat an-  
tiqua: uulnera: incendia: cedes: rapinas: & cetera Christia-  
norum incommoda deplorare. Iuuat tamē iuuat. Sed pre-  
senti providere discrimini quod imminet: nunc dico q; im-  
minet illud: nec sinit ferus hostis iniurias inculcare Christi-  
anis eosdem confectos uulneribus ferire non cessat. Non  
est amplius sapientissime Pontifex Alexāder Maxime nō  
est amplius Sacratissimi Cardinales consultandi locus: nul-  
lus uerbis: nullus dictis: nullus Consistorii locus relictus  
est amplius: uiribus agendum est omnibus: facto tantum  
opus est maximo. Hęc percipientes omnia Christianissi-  
mi & potentissimi Ludouicus Francorum Rex. Ferdinā-  
dus & Helisabeth Hispaniarum Reges. Te Ducem te  
Principem tanti te necessarij federis caput: te summum ca-  
put esse uoluerunt & merito decreuerunt: ut eorum potē-  
tia tua auctoritate roborata hodierni federis habeat unita-  
tem: & in trinitate hac unitatem retineat sempiternam: ut  
sic benedicente te Pontifice Maximo tanti firmentur fede-  
rabelli. Eleua nunc igitur mentem sanctissime Pastor:  
mentem eleua: & quę in cardinalatu magna conceperas  
nunc summus Pontifex supera uicq; demanda Opportu-  
num te nunc Christianorum saluti necessarium te pro-  
pugnaculum rebus nunc exhibe fessis. Communem as-  
sumptionis tuę foelicissime gratulationem esse speramus  
& plenitudinem potestatis tuę ad publicam Christiane re-  
ligionis salutem te nūc suscepisse cognoscimus. Ingressus  
es Petri nauiculam fluctuantem & uariis uexatam uentis  
non negamus: attestamus et profitemur omnes. Sed quę  
demergit non potest cuiq; preest. Qui terre qui uentis im-  
perat atq; mari. Hęc. N. Illa ipa tua sedes est Pater Beatissi-  
me: quę sibi plurima et merito reseruauit: quę ab alijs impu-

Consistorium.

Ludouicus rex.

ferdinādus rex.

Excitatio.

Nauicula petri.

ne diu presumi non possunt: neq; debent: eadē illa alijs inter-  
dixit quę si referre singula coner omnia profecto prolixior  
ero neq; dies hic ad dicendum est satis. Illud tantum repetā  
quod ab omnibus est necesse fateri: & tibi uacantis imperii  
administrationem Imperatoris unctionem consecrationē  
coronationem & si eligentiū culpa precesserit aut mora im-  
peratoris electionem eiusdem & destitutionem suadente  
causa si tuę beatitudinis & Romanę ecclesię non adderit ad-  
uocatus aut defensor esse desierit ad te solum pertinere om-  
nis intelligunt nullus sane mentis ignorat: nō enim multum  
interest in Imperatore presertim utrum ipse perniciosus legi-  
bus ac improbis concionibus rem publicam Christianam  
uexet an Turcos uexare patiat eandem. Hęc inq; tua se-  
des est cuius stat inuiolabile fundamentum: & quę cū supe-  
rata uidetur Victrix Victrix exultat. Tu solus hamo piscari  
& in altū solus laxare rertia potes: non piscibus illa sed ho-  
minibus plena subtrahere: & tibi tādē soli coelorum sunt  
credite clauēs. i manu nūc igit tua successor Petri Alexāder  
Pontifex maxime sunt omnes fines terre In manu nunc tua  
est tam grandis palma uictorię & in Pontificatu tuo tam  
grādis uictoria palmę. Nec tu solus eris nec solus in turcos  
tam grande bellum molieris: tua tamen gloria prior erit &  
dignitas. Sunt tibi ad hunc christi triumphum amplissimū  
sapientissimi & probatissimi Cardinales quos post beatitu-  
dinem tuam omnis terra ueneratur: & qui post illam reipu-  
blicę christianę primi preesse noscuntur. Urget memoran-  
da Calixti Auūculi & predecessoris tui Pontificis maximi  
in turcos olim expeditio inchoata: quam morte preuentus  
nec successor Pius secundus Pontifex eloquentia & digni-  
tate Maximus aduersantibus satis propagare potuerunt:  
Ipsi ad suam tuę Beatitudini nō parua affinitate coniūcti Fer-  
dinandus & Helisabeth Hispaniarum inuictissimi Reges  
qui nō oppidum uallo munitum & cespite sed natura & ar-

Imperatorie un-  
ctio.  
Consecratio.

Coronatio.  
Electio.  
Destitutio.

Alexander.

Cardinales.

Calixtus.

Pius.

Beata ferdinādi

d



Bethica gra-  
nara.

Mauro.

Mauro  
secta.

Ludouici re-  
gis franco.  
potentia.  
Gallia.  
Britania.  
Mediolanus.

mis munitissimum totius Bethicę & granatę regnum per  
innumeros annos & temporum longa curricula a mau-  
ris occupatum incredibili animorum uirtute religione ar-  
morum & belli expeditione fortissime uendicarunt. Sicut  
ab ipso nostri saluatoris aduentum gloriosius nihil actum  
intueamur & scriptum: gloriosi profecto reges quorum  
memoriam eternitas ipsa tuebitur. Qui non subditorum  
non amicorum causas procurarunt. Sed expulsa Mauro-  
rum illa ridicula Secta christi religionem ab hostibus se-  
pe uexatam liberarunt ampliarunt & plurimum auxerunt  
Iidem reges omnes christi insidiatores occultos in uesti-  
mentis ouium digno supplicio dignos esse iudicarunt: re-  
liquos modice fidei postpositis omnium precibus gem-  
mis & auro ex suis regnis diligentissime deiecerunt chri-  
stum tantum firmiter intuentes. Huius Ferdinandi regis  
adolescencia ad scientiam rei militaris tradita fuit semper  
& ab acerrimis hostibus: hostibusq; fortissimis omnem  
uictoriam continuam reportauit. Sicut nemo christiano-  
rum regum sit qui uiuant: qui regnum maiore uirtute mili-  
tari aut peperit aut defendit partum & religione cōseruet.  
Non referam deuotissimorum Hispaniarū regum in san-  
ctitatem tuam quanta fuerit & futura sit deuotio & obedi-  
entia singularis notissimam illam ueluti pretermitto. Ac-  
currit expeditioni sanctissime christianissimus Ludouicus  
francorum rex cuius quanta sit rei militaris uirtus atq; sci-  
entia: & in regendis puinciis sapientia summa omnis Gal-  
lia omnis Britania. Mediolanensium famosissima ciuitas  
& reliqua Lombardia testimonium perhibent ueritatis:  
quo cum Rege fortissimo nulli sunt hostes ausi conferere  
manum: sed relictis omnibus uix terga dedere fugę. Ac-  
currit dico sanctissimo Federi Rex hic omnium poten-  
tissimus terra pelagoq; iunctis uictoricibus armis. Sequun-  
tur illi uictorices Gallorum populi: idem rex sanctitatem

tuam non minori ueneratione ueneratur: se seq; tuis sacris  
aduoluere pedibus concupiscit non secus quam Carolus  
pdecessor rex: qui spretis tue sanctitatis insidiatoribus pa-  
tentissima aula totius christianę religionis adstantibus ora-  
toribus uniuersis tuorum uoluit adorare uestigia pedum:  
ac tibi inter diuina lauanti manus aquam publice summa  
cum humilitate ministravit. Extat Ludouico regi in gerę  
dis bellis hic primum prepositus finis: omnes qui sanctitati  
tuę: omnes qui romanę aduersantur ecclesie nō fugare so-  
lum at deprimere & si iubeas euertere penitus. Indignatur  
quam ob rem inuictissimus rex francorum. Indignatur q̄  
tam diu aduersus christianos turcorū princeps se uissimus  
se uictia sola & sola fortuna pugnauerit. Idem rex prede-  
cessorum suorum Pipini & Caroli qui cognomento dictus  
est magnus imitari uestigia & superare contendit. Supera-  
uit Carolus desiderium regem: Carolus Barbaras Lon-  
gobarborum gentes ex Italia primus ipse deiecit. Carolus  
Hadriano romano pontifici non subuenire non obedire  
nephas esse iudicabat. Sed maiora & longe maiora de Lu-  
douico hoc tuo rege potentissimo in sanctitatem tuam in  
apostolicam sedem: in christi religionem sperantur futura  
facinora & beneficia largiora. Veneti & si superiore iactu  
ra deterriti magis: oēs tñ conatos suos facturos se & terra  
& mari firmiter pollicentur. Habes deniq; romane sum-  
me pōtifex Alexander Borgia romanū cesarē Borgia Va-  
letinesem romadioleq; ducē & tui militatis exercitus sumū  
Primipilū uulgo cōfalloneriū & principē singularē qui san-  
ctitati tuę & aplice sedi rebelles p̄pos principesq; rebelles  
una militia collatis sepe signis summa uirtute & incredibili  
fortitudine militari fugauit & superauit. Debellati sese ipos  
fortunas oēs suaq; oia fortissimi ducis tui potestati & ipio  
pmisere: uictis mille date leges ab illo: nō euerfa domus nō  
dissipatę fortunę: exiliū nullū: sed omnis ē illis immunitatis

Pipinus.  
Carolus.

Venet.

Cesar valen-  
tines.

d ij



Senatus Romanus.

Germani.

Turcus. Scythia Dalmate. Egyptii. Arabes.

Armeni Jacobite.

Taurinum Lucullus. L. Aurena Magnus Pompeus Cesar. Sylla. Marius. Fabios. Scipiones. Emilius. Augustum. Pyrrus Hannibal. Antiochus. Sic sepe dat fortuna manus qui bus est nocitura secundus.

Libertatis & liberalitatis concessa facultas. Sequetur. Seruabuntque sanctitatem tuam: tuumque Ducem Romanis fasces equitesque romani & tuus iste noster proximior magistratus & sanctitati tue fidelissimus Cariorque senatus totus populusque Romanus. Sequetur & reliqui christianorum belligeri principes: hos pudor: alios emula uirtus: multos religionis studium excitabit & glorie. Te germani sequentur omnes: accurret demum totius christiane religionis tue populus uniuersus. Maximum erit incipere. Cetera sua sponte conficiuntur: & tuo fauente numine foelicissime peragetur. At turcus cuius origo Scitica est Dalmatas Egyptios socios habet & Arabes: sed Dalmate: Viles Egyptii & imbelles Arabes non sunt fortissimo christiano Generino sunt Italis ne dicam Romanis bellorum peritissimis uictoriarum & triumphorum principibus comparandi. Seruiunt scio turcis Greci seruiunt armeni. Seruiunt Iacobite & christianorum numerus infinitus. Seruiunt: sed non ignorat Turcus hos omnes non sponte: non uoluntate: non corde: sed omni necessitate seruire coactos. Horum nemo turcos amat neque diligit: at si in illorum terga prudentes & fortes irruant christiani fatigatur fugatur & superatur turcus Turcorum signa lacerantur: serui capiuntur: nec minore nunc quam cum Belgradum antea Taurinum inuadere conatur fugam eligere & plagam accipere cogitur duriores: nec christiane gentis & romanorum uirtutem militarem ignorat turcus: non illi ignotus est Lucullus: non lucius Murenas: non denique Magnus. Audit sepe & legit uictorem Cesarem: foelicem Syllam admiratur & Marium. Fabios Scipiones Emilium: diuum Augustum deos ueluti uenerat & timet. Expertus est Pyrrhus ille ferox expertus Penuus est Hannibal: & potentissimus Mitridates uictor aquilas & uictorias romanorum sunt hec & maiora notissima turco. Sed turco spes est sola uictorie fortuna sola: facilis dare sum

ma at data tueri difficilis sola christianorum diuino: Itaque civilia bella: illius cupiditas & dominandi libido sic nec christianos ipsos inter se concordare existere: neque eos conuenire posse firmiter arbitratur. Quas ob res hunc diem salutis hoc redemptionis sedus christiani expectant omnes: atque expectant ita ueluti salutis initium: aut uite terminum filiorum uxorum propinquorumque omnium crudelissimum atque ita crudelissimum: ut cupiat filii uita spoliari matris in gremio spiritum relaxare: & in maiorum sepulchris sepeliri priusquam ad turcorum satietatem excruciarum. Clamant infantes: adolescentem supplicat: miserem contundunt pectora matres: & sparsis comis lachrymantibus oculis iunctas tendunt ad sidera manus. Auxiliamini: auxiliamini principes: iniurias acceptas postponite: illatas committite: iram si non penitus & odia cohibete paululum: ut nostrorum omnium uitam: tantarum uirginum pudicitiam: sanctorum templa: sanctorum reliquias: Lares proprios fortunamque communes seruare possitis. Concedite nobis: concedite foemineo pudori religioni Concedite quas uel mediocri concederetis amico inducias saluberrimas. Quid profuit genitores: qui nos genuistis reges. Genuistis principes & nobiles genuistis: nos si non reges aut principes aut nobiles fieri uultis: at saltem liberos non turcorum seruos nos uiuere posse studeatis. Quis tam ferreo pectore: quis tam duris est oculis qui non auxiliari tantum sed mori uelit priusquam ad eam miseriam se & suos peruenire patiantur & potestatem eius qui libertati christiane: qui sanguini christiano: qui religione nostre sanctissime sit & futurus sit semper inimicissimus. In tempore nunc igitur oportuno & tam oportuno tempore successor Petri Alexander pontifex maxime & qui iubente deo christi uices geris in terris Fortitudinem tuam tui animi magnitudinem rerum omnium experientiam pene diuinam & tuam omnem plenitudinem

Expectatio. federe.

Supplicatio.

Abuti. Apudicitia. A religione. Argumentum

A principatu seruando argumentum

Conclusio.

Alexandri uirtutes.



potestatis ad saluandas Christianas concipe gentes. Con-  
cipe: Concipe: Supplices Supplicamus: ut omnis populus  
orientis timeat te Christi uicarium. Gregemq; dominicū  
augeas & conserues: tuos ut teneris protege Christianos:  
christianos Principes tene pacificos. Cōcordes retine oues  
ne christi discordes a Turcorū moribus cōtinuo deuorent  
Quid enī sūmo omniū creatori oīpotenti deo sanctius pōt  
& qd p̄clarius tua potest sanctitas opari. Si seruantes patriā  
Romani & decorantes Imperium uiuunt extento laudabi-  
les euo. Si nulla aliquando iniuria prouocati Cum Principi-  
bus cū Regibus cum penis numantia & carthagine poten-  
tissimis ciuitatibus uictoria bella gessere ut Romani popu-  
li socios tuerentur. Quanto Christianos Principes conue-  
nit maiore studio cōtinuis iniuriis Rapinis Incēdiis et Chri-  
stianorum cruciatibus ac diris cedibus prouocatos non so-  
ciorum salutem & agrorum latitudinem sed totius imperii  
maiestatem christianę religionis salutem redemptionemq;  
defendere & propagare uictoriam. Nunc quid tibi Roma-  
ne Pontifex Alexander Borgia Si Petrina uiculam fluctuā-  
tem. Si Christi religionē labentem penitus tuo iudicio be-  
neficio tuo & auctoritate tua Inuiolabili firmitate firmes  
erigas augeas & defendas quod christiāi omnes expectāt  
supplices immo clament. Nihil enim tibi superest aliud qui  
humanarum rerū es omniū summa fastigia consequutus  
nisi: nisi ut coelo uiuas: & Roderici Borgia in fonte baptis-  
matis tuum dulce nomen Alexādi diuinis operibus facias  
imortale. Hoc erit hoc inq; erit tuę tuę uirtutis opus. Hoc p-  
prium tuę pastoralis officii dignitatis. Famam tuam his di-  
co istis in Turcos extollere factis. Sic nihil aliene potentie  
nihil fortune aut hostis insipientie & Crudelitati condo-  
nabitur. Sed ouibus tuis Christianis omnibus. Quicquid  
uictorie salutis redemptionis & foelicitatis aduenerit: a tuę  
sanctitatis beneficio Clemētia uolūate auctoritate & Bor-

Discordia

Argumentū.  
A Romanis.

Chastitas

fructus fede-  
ris.

Quid superest  
Alexandro.

Officium pa-  
storale.

gio Pontificatu tuo sempiterno descendet. Sic omnis etas  
Alexandri Borgia & posteritatis tuę diuas laudes concla-  
mabit: eterna sic foelicitate gaudebis. Quare deum optimū  
maximumq; p̄camur. omnes qui Rempubicam christi-  
anam saluam esse uolumus ut debemus & uicticem illam  
fore iure optimo concupiscimus ut Celitus lapsa Beatitudi-  
nis tuę ad summum apicem sublimatio fausta semper sit &  
foelicissima semper.

Borgia Pon-  
tificatu.

Nota pro  
Alexandro.

Hieronymi Porcii Patricii Romani Bas. Prin.  
Ap. Canonici. Rote primarii Auditoris. Han-  
drensis Episcopi in Turcos Christiani Federis  
Compilatio iubente Aleandro Borgia Sexto  
Pontifice Maximo: totius sacri Senatus Reue-  
rendissimis Cardinalibus ac Regum & Princi-  
pum Oratoribus adstantibus uniuersis inter di-  
uina publicata foeliciter.

Impressum Salmantice per Ioannem  
gysser Alemanū de Silgenstat. Anno  
dñi. M. cccc. j. die uero. xx. decēbris.

